SIDERUM NEBULOSORUM

OBSERVATIONES HAVNIENSES

INSTITUTAE

IN SPECULA UNIVERSITATIS

PER TUBUM SEDECIMPEDALEM MERZIANUM

AB ANNO 1861 AD ANNUM 1867

AUCTORE

DR H. L. D'ARREST

ASTRONOMIAE IN UNIVERSITATE HAVNIENSI PROFESSORE P. O. SPECULAE DIRECTORE
ORD. DANEBROG. EQUITE REGIIS SCIENTIARUM SOCIETATIBUS DANICAE ET SAXONICAE ADSCRIPTO
REG. SOCIETATIS ASTRONOMICAE LONDINENSIS SOCIETATUM PHYSICORUM BEROLINENSIS
NATURAE SCRUTATORUM LIPSIENSIS SOCIO
REG. SCIENTIARUM ACADEMIAE MONACHIENSI REG SOCIETATI PHYSIOGRAPHICAE LUNDENSI
REG. SCIENTIARUM SOCIETATI UPSALIENSI A COMMERCIO LITERARIO

EDITAE JUSSU ET EXPENSIS SOCIETATIS REGIAE SCIENTIARUM DANIAE

HAVNIAE

TYPIS BIANCI LUNI CURANTE F. S. MUHLIO

1867.

PRAEFATIO.

Non indebita solvo, in lucem nunc editurus novas stellarum nebulosarum observationes hoc volumine comprehensas. Etenim quum anno 1856 in Actis Regiae Societatis Scientiarum Saxoniae talium observationum, etiamtum paullo adhuc rariorum, quasi prodromum emitterem, seriem novam et Catalogi Minoris continuationem pollicitus sum. Restabant videlicet in Coelo non adeo paucae nebulae, tubo meo sexpedaneo Lipsiensi haud aegre visibiles et, ut tunc putabam, curate propediem observandae. At reipsa longe aliter evenit. Namque Almâ Academiâ Lipsiensi, cui tam magna debeo, relictâ, in Daniam, alteram meam patriam, brevi post advocatus, post conditam Havniae paucis interpositis annis novam speculam, nactus sum tandem aliquando primae notae instrumentum, ad nebularum negotium feliciter persequendum oppido quam aptum, Herschelianisque tubis, quibus omnis haec scientia usque adhuc superstructa est quodammodo, non ullo nomine postponendum.

Magnus hic tubus Merzianus, undecim scilicet poll. Angl. aperturae, curae meae traditus est medio anno 1861. Quod quidem magnificum instrumentum, industriâ et sollertiâ instrumentorum artificis nostri Jüngeri ingeniose stabilitum, quum libello meo De instrumento magno aequatoreo, edito Havniae anno 1861 inter programmata Academica, non nimis breviter descripserim, hujus loci non est ea repetere, quae circa constructionem mechanicam circulosque inprimis divisionumque lecturam, quaeque praeterea super vi telescopii opticâ eo libro edisserui.

Ubi id autem certo compertum habui, cunctas Herschelianas nebulas, pallidissimis id genus obscurissimisque nequaquam exceptis, non percipi tantum insigni hoc tubo atque ad instar pusillae cujusdam umbrae dubitanter sentiri, sed locari plerumque posse satis subtiliter atque observari modo debito: jam non diutius de continuando opere in specula Lipsiensi quondam inchoato cogitabam, sed majora moliens, totum Coelum Boreale nebularum gratia tubo meo permeare constitui et perlustrare. Eratque in votis eâ, quam possem assequi, praecisione, denotare atque in novum Catalogum assumere positiones omnium nebularum, cognitarum simul

et hucusque incognitarum, in quas Coelum indaganter lustrando incidissem. Idque non unâ aut alterâ vice, sed quotiens id fieri tantummodo posset. Verum enimvero non potui mihi facere satis, quippe qui nescirem initio, tale opus (praesertim in nostra rigidiore plaga) vires humanas prorsus supergredi, ignarus forsan etiam, nebulas esse numero omnino infinitas. — Iam septimus inchoatur annus, quo in memorato proposito asseveranter satis progressus sum, longo sane et multo labore; valetudine adversâ et continuis ferme viginti quatuor annorum vigiliis nonnihil debilitatâ, incepto nunc finem imponere eogor, accedentibus insuper aliis occupationibus, quibus implicitus inpraesentiarum detineor. Sed ne quis in posterum, falsâ spe deceptus, in similem errorem imperitus implicetur et cum nebulis in universum sibi denuo agendum esse putet, hoc unum addam: me scilicet per sexennii spatium non potuisse colligere nisi octavam fere partem ejus observationum molis, quae opus esset ad condendum approximatarum positionum Catalogum earum solum nebularum, quae tubo meo Havniensi cerni palam queunt et quoad locum accurate definiri. Quot igitur annos (in nostra saltem regione) subtilis et exquisita locorum omnium determinatio posceret, harum rerum periti Astronomi proinde facile conjicient.

Sed haec hactenus. Lubet paucis attingere quae incrementa notabilia haec de nebulosis sideribus scientia iis annis ceperit, quos egometipse in observationibus, quas nunc divulgo, de Coelo desumendis contrivi. Comparuit igitur Regiomonti anno 1862 Cl[i] A. Auversii Recensus Senioris Herschelii nebularum acervorumque, peropportunum mehercle opus, laboris et taedii plenum admodum. Quo in libro pristinarum Herschelii I observationum thesaurus, accessu antea (ut ipse expertus eram saepissime) difficillima, patefacta est primum iis Astronomis, quibus nebularum studium cordi est. Equidem scio probe et agnosco, Auversianum librum in emendandis locis multum me adjuvisse et in mutandis, corrigendis, rectius intelligendis, haud raro me confirmasse scitis peritisque animadversionibus. In quibusdam quaestionibus contradicebat nihilominus ipsius Coeli inspectio. — Comparuit Manhemii anno eodem Schönfeldianarum observationum fasciculus primus. Astronomus experientissimus ducentas triginta quinque nebulas adeo subtiliter et exquisite observavit, ut caeteris omnibus in hac parte palmam facile praeripuisse videatur. Ex earum numero modo centum circiter cum nonnullis aliis a me ante erant locatae Lipsiae, accuratione scilicet paullum minore ex instrumenti mei insufficientia circumstantiisque etiamtum in specula Lipsiensi valde admodum inopportunis. Accedit insuper, quod singulas stellas, cum quibus unaquaeque nebula collata erat Manhemii, novis observationibus iisque, ut solet, accuratissimis, circulo Bonnensi meridiano determinavit Ill. Argelander. Iisdem prorsus nebulis vel paucioribus selectis, lucidioribus scilicet et bene determinatis magnaque ex parte valde conspicuis, multum operae navarunt annis proxime insequentibus Viri Clarissimi Regiomonti Auversius, Upsalae Schultzius; bonam etiam partem curavit iisdem ferme temporibus Schmidtius Athenis. Quae ex tanta subtilissimarum obser-

vationum congerie, Manhemiensium praecipue, Regiomontanarum atque Upsaliensium, partim etiam Hamburgensium, Atheniensium et novissimarum Lipsiensium, deduci disputarique queunt super erroribus quos vocant systematicis, non est in animo hoc loco attingere digito. Neque vero in animo certe unquam fuit, delicatissimis his inquisitionibus nova afferre subsidia; siquidem nobis econtrario cum universis nebulis agendum erat, non vero cum paucioribus, selectis, lucidis et loco determinando aptioribus. Nova lustratio difficiliorum praecipue nebularum et ob ipsam obscuritatem per longam annorum seriem prorsus propemodum neglectarum, nos totos omnino occupabat. Fixarum enim scientia abunde docet, motus proprios, si qui sunt in nebulis, motusque in nebulis multiplicibus relativos certe admodum raros fore; nec facile, autumo, invenient nepotes ac posteri „multis e millibus unum". Accedebat interdum (ingenue confiteor) aliqua etiam cura nebularum hucusque praetermissarum et in hanc diem invisarum, earum tamen maximam partem, etiamsi locis nonnunquam cursatim propereque indicatis, successoribus relinquimus felicioribus.

Supradictos limites parvumque, quem supra memoravimus, nebularum delectum solus usque adhuc transgressus est, quod sciam, G. Rümkerus, patris de rebus astronomicis perpetuo mirum quam soliciti sollertissimus filius. Quinquedali suo tubo Hamburgi satis multas lucidiores Poloque viciniores nebulas, post Sen. Herschelium aut paullum aut omnino non observatas, cum propinquis fixis saepiuscule contulit*). Desideratur adhuc exactior collatarum fixarum determinatio.

Centuriae nebularum aliquot hoc modo innotuerant, quum cognitionem tandem accepimus magni pluriumque annorum operis, praegrandi telescopio Rossiano suscepti in Hibernia et felici successu perpetrati**). Positionum curâ plane neglectâ, tanti laboris moderator et ipse rerum Coelestium cupidissimus, in indolem nebularum scrutandam maxime intendit, nativam faciem atque habitudinem octingentarum circiter nebularum tum breviter et concinne, tum fuse sciteque describendo, haud raro etiam imaginibus illustrando. E numero earum nebularum, quas inde ab anno 1861 adusque exitum anni 1864 egometipse interim detexeram, non adeo paucas tunc inter observata Rossii adjutorumque ejus repperi. complures etiam ea, quae super singulis nebulosis denotaveram, dictis, notis, mensurationibus Rossianis confirmabantur. Restant nihilosecius bene multae „novae" cum in meo proprio Canone, Rossio videlicet Rossianisque inconspectae, tum in opere Illustris Comitis, meorum oculorum aciem usque adhuc fugientes. Inde ex eo tempore Rossiani libri rationem habui paene continuam; quanto autem auxilio mihi fuerit et adjumento, ex non infrequente operis commemoratione cuivis facillimum

---

*) Acta Astronom. voluminibus 63—68 passim.

**) Opus typis mandatum vol. 151 Transactionum Philosophicarum ad annum 1861; nobis autem non allatum nisi exeunte anno 1864. Minora earundem observationum specimina continent praeterea voll. 134 et 140 ejusdem collectionis.

erit intelligere. Neque tamen leviusculae quaedam controversiae, discrepantiae, variantes denique designationes attentum lectorem effugient. Quarum exemplum unum tantum affero: inveni namque et observavi longe maximam partem earum nebulosarum, quas ab Herscheliis, patre filiove, repertas olim, nunc in Coelo desiderari edixerat Rossius. Itemque mihi evenit haud infeliciter, comprobare oculari inspectione compluscularum nebularum existentiam, telescopio Rossiano primum repertarum. Earum etiam loca satis accurate definivi. sunt autem obscuritatis gratia observatu in genere valde admodum difficiles, longamque curam manifesto adhuc requirunt.

Dum haec tanta subsidia, observationibus nostris per annorum decursum lente progredientibus, superveniunt, ex inopinato literae afferuntur, ex quibus elucet Ill^mum Joannem Herschelium L.-B. novi Catalogi editionem parare, in quo omnes omnino nebulae utriusque hemisphaerii complecterentur. Non adeo multis mensibus post accepimus exemplaria Catalogi Generalis Herscheliani. erat hujus quoque operis deinceps ratio habenda plenissime. Habuimus, quantum fieri potuit; interim tamen etiam usu et experimento comperimus, nostrum laborem non evasisse supervacaneum. Etenim tam infinitus est nebularum numerus, tam admiranda earum varietas, tam mirifica saepenumero earum habitudo, — tanta e contrario, si cunctam molem respicis, hoc genus observationum paucitas, tantaque proinde adhuc hodie locorum inaccuratio datorumque egestas, ut vix ex admodum multorum annorum strenuo labore pluriumque Astronomorum indefessis vigiliis lucem aliquam huic scientiae affulgere posse credas. Quod quidem satis manifesto elucebit e collatione positionum ex nostris observationibus deductarum cum iis locis, quibus singulae nebulae in Catalogo Generali exhibentur. Non raro attulimus quaedam, quae ad emendandum, illustrandum, dijudicandum Catalogum Generalem pertinere nobis videbantur, eaque ex ipso Coelo deprompta. Id tamen non ea ratione factum est, ut non libenter concedamus, laudatum Catalogum omnibus utriusque Herschelii observationibus superstructum esse scite cauteque, multa attentione, subtili et circumspecto judicio.

Quod ad meas proprias observationes attinet, non adeo multa praemonenda habeo. Collegi in hoc volumen ad 4800 singulas positiones ad 1942 nebulosas pertinentes; ex eorum numero circiter 390 aut nunquam antea visae, aut locis sitae usque ad hoc tempus indefinitis. Notum est et vulgatum, antecessorum nostrorum Catalogos nebularum non ita paullo majorem numerum continere (num etiam singularum observationum, nescio): Senioris Herschelii recensus ad 2500 dinumerat, Junioris in Anglia elaboratus circiter 2300. Differentia numerorum aliqua ex parte inde nascitur, quod ego in hoc opere in collectionibus Herschelianarum nebularum consulto praetermisi ferme omnes eas res, quae hucusque, meo quidem judicio, perincommode una cum nebulosis exhibentur in Catalogis, acervos puta septimae et octavae classis, partim etiam illas stellarum congregationes, quae sextae classi vulgo adscribuntur. Namque tales

acervationes (inprimis in ductu viae lacteae horis AR^ae in nostro hemisphaerio VI, XVIII et XIX) in quibus fixae, lucidiores debilioresque, adeo late et fuse disseminatae apparent, ut absque ullo dubio ad nostrum systema stellare pertineant, cum genuinis nebulis nullam necessariam communitatem habent. Id jam ex eo satis aperte elucere videtur, quod inter omnes constat, germanas nebulas neque aequabiliter per Coelum disjectas esse, neque ad normam distributionis affixarum ullo modo esse ordinatas *). Talium interim acervationum numerum, inprimis circa viam lacteam, facili negotio ego valde adaugere potuissem, saepenumero mehercle inter perlustrationes miratus, cur certas congregationes in Catalogos suos receperint Herschelii, quum in viciniis plusculas consitas silentes praetermiserint. Selectio, quantum ego video, arbitraria, nequaquam naturalis. Anne hoc modo omnis perquisitio de nebularum distributione ex parte fallax evadit et lubrica? Verissimum hoc quidem est, bene multas praeterea reliquarum classium nebulas, primae praecipue et secundae (rarius vero, ob nimiam obscuritatem, tertiae) nonnunquam etiam classis quartae, aut nitidius aut indistinctius in stellas posse dissolvi; unde magnam difficultatem evenire, planum. Verum id huic disquisitioni cum reliquis omnibus circa systema Mundi instituendis commune est, ut quo longius procedamus, eo magis investigatio certis definitisque terminis orbetur, idque ea ratione, ut nulla denique sit quaestio, quae non in inextricabilem aliquam difficultatem desinat. Sunt tamen discrimina neutiquam spernenda inter coacervationes septimae et octavae classis, ac nebulas solubiles aut solutionis suspectas primae secundaeve **). — Quas in illa re, in hanc usque diem parum aut forte ineptius illustrata, magnopere mirabilium cujusvis generis phaenomenorum Coelestis intuitus suggessit cogitatiunculas, eas fortasse alio tempore in ordinem redigam. Tunc etiam copiosius dicendum erit de nebularum in hemisphaerio boreali distributione, monendumque speciatim de certis sui generis nebulis, pusillis et perpallidis, quae ad instar minutissimorum ovorum in nidis collocatorum conglobatae jacent ex eis interdum quotquot libet nebulas elicere potes.

Longe plurimae nebulae (exceptis tantum paucis centuriis, de quibus dictum supra) filis lucidis aut nullo modo observari possunt, aut magno tantum cruciatu temporisque impensa. Inde factum est, ut ego in hac observationum serie non ad absolutam locorum definitionem intenderem eâ accuratione, cui nostrum instrumentum alioquin est aptissimum. Collocabam igitur unamquamque nebulam in centro annulorum micrometri, cujus minimus radius comprehendit 3′ 40″. Ob eandem etiam causam omnes positiones approximatas, quotquot hoc

*) Super eadem re, post Herschelium II in Itinere suo ad Promontorium Bonae Spei, perscita quaedam nuperrime edissertavit Cl. Cleveland Abbe vol. 27 libri Monthly Notices of the Roy. Astronom. Soc. (m. Majo 1867).

**) Maximum acervationum numerum aut in via lactea reperiri, aut in ejus confiniis, nemo, autumo, mirabitur. Fecit nihilosecius mirationem inde a magni Tychonis aetate, movetque mirationem interdum etiam hodie, quod pleraeque stellae novae circa viam lacteam eluxerunt (vide Tychonis Brahe Astronom. instaur. progymn. ed. 1610 pagg. 313 et 795; Jos. Herschelii Outlines of Astron. ed. 8 pag. 605). Quomodo, quaeso, fieri hoc aliter potest probabiliter?

libro continentur, amplificatione 123 adeptus sum. Neu tempus consumerem — praesumebatur enim tempus ipsa Coeli lustratione satis abundeque — neu visus aciem nimia luce mutationeque continua hebetarem, neglectâ circulorum lecturâ microscopicâ, indices tantum utriusque circuli celeriter legebam. Legebam vero in circulo horario integra minuta secunda temporis, in circulo autem declinationum decimas minuti primi partes; accurationem deinceps reductionum ope augere ad sensum, non e re esse reputavi. Caeterum sequebar in universum eam fere methodum, quâ in pallidissimis Cometis locandis interdum hodierni Astronomi utuntur. Atque ea ratione omnia religiose evitare studebam, quae visui essent impedimento, scrupulosiorem situs definitionem ad micrometricas observationes ac collationes cum minutis fixis, in arctissima nebularum vicinitate adsitis, plerumque remittens. Statim ab initio ceperam consuetudinem observandi nebulosas per zonas 4 fere vel 5 graduum in latitudinem; in quamvis zonam includebam 4 vel 5, interdum ad 7 fixas magnitudinis 7 vel 8, quarum deinde loca e Besselianis zonis atque Argelandriis depromebam nonnunquam etiam Lalandianis. Ultimis demum noctibus, quum de quibusdam lapsibus interdum corrigendis ageretur, nec non de lacunis hic illic explendis, nebulae eâdem nocte in diversissimis declinationibus extra solitum ordinem observatae sunt: correctiones tunc ex fixis, in proximitate paralleli uniuscujusque nebulae adsitis, seorsim deduxi.

Super mensurationibus micrometricis, quarum ad quatuor millia hic liber comprehendit, nihil proferre possum, quod harum rerum peritis Astronomis non planissime cognitum sit et perspectum. Observationes nobis plerumque micrometro annulari perfectae; paullo rarius nebulae filari micrometro cum fixis et inter se invicem conferebantur. Lucidae ac pusillae nebulae, nucleis stellaribus munitae aut saltem forma omnino regulari insignitae, omni rigore maximaque saepenumero accuratione observatae sunt: ut mensurationes nebularum h. 1970, 3095 cum aliis nonnullis tantam fidem promerere arbitror, ut mutatio locorum ad 2" vel 2"5 adscendens, motum proprium in eis manifesto aliquando proditura sit. Deinde in nebulis h. 2000, 2047, 2075 multisque ejusdem speciei consimilibus, probabilem errorem relationum inter nebulas fixasque adsitas, unâ vice constitutarum, 5" vel 6" non fere transgredi, cuivis facile erit intelligere. Denique in nebulis H. V, 28; h. 1397, 1420, 2060 plerisque id genus aliis, aut nulla omnino utriusvis speciei mensura micrometrica cogitabilis, aut, si qui denotati numeri, grandibus erroribus necessario contaminati. De caetero non opus est ut moneam, esse etiam eas nebulas, in quibus ne intercapedinum mensurationes, ope micrometri annularis taliter qualiter perfectae, erroribus 10" .. 15" immo forte etiam (rarissime, scio) 20" affectae sint, verendum. Id jam curavimus, ut majores errores certe non offendas, quum quandoque res in nimia difficultate versaretur, ad annulorum crassitiem (41") et ocularem taxationem saepiuscule non sine securitate aliqua refugeremus. Quae cum ita essent, fidem mensurarum mearum per vulgatas methodos calculis eruere respui; peritus lector non haerebit

nihilo minus: nebulam inspiciendo, numeros singulos inter sese comparando, quidnam pondus mediis valoribus pro circumstantiarum diversitate tribuendum sit, non adeo difficili negotio intelliget. Ipsas vero nebulas, errorum tantummodo eruendorum gratia, in ordines dispartiendas novos, equidem aliis perlibenter relinquo.

Quamquam positiones in hunc Catalogum relatas absolutas, ut dictum supra, non tanti egometipse facio, inquisitione errorum probabilium non prorsus supersedendum esse putavi. Namque nebulosorum siderum loca, quae initio aperte infra Tychonicorum numerorum scrupulositatem erant, jam admirabilibus Joannis Herschelii laboribus ad subtilitatem Flamsteedianorum (de Schönfeldianis nebulis hic taceo) provecta esse videmus. Donec igitur illae positiones, lento progressu magis magisque expoliendae, ad eam perfectionem aliqualiter erunt perductae, quam in hodiernis fixarum Canonibus offendimus, his minus exquisitis interim uti oportebit. Eandem accurationem, vel etiam in declinationibus aliquanto majorem, positiones nostrae sibi vindicant generatim. Etenim exclusis tantum perpaucis nebulis, omnem determinationem respuentibus, docent 1627 singulae declinationum observationes ad 525 nebulas pertinentes, per horas omnes sparsas, errorem probabilem esse

$$\text{in Declinatione} = \pm 17''58.$$

Pro Ascensionibus Rectis eodem consilio adhibui 497 nebulas et perveni ad pretia in sequente schemate exhibita

Declinationes	Numerus observ.	Numerus nebular.	Error probab.
$-8^\circ .. 0^\circ$	313	101	$\pm 0^s{,}869$
$0 .. +10$	263	85	0,899
$+10 .. +25$	425	128	0,997
$+25 .. +45$	411	134	0,923
$+45 .. +60$	140	49	1,193

unde deduxi errorem singulae observationis probabilem

(I) in Ascensione Recta $= \pm 0^s809 \sec \delta$;

atque est pro Aequatore ille error probabiliter inter limites 0^s74 et 0^s87. Proximius autem repraesentantur hi errores per formulam

(II) $1^s625 - 0^s741 \sin (87^\circ\ 55' - \delta)$.

Pro Catalogo a Juniore Herschelio annis a 1825 ad 1832 confecto Sloughiae, inveneram quondam errores veri similes in Asc. Recta 1^s et in Declinatione $19''5$; verum hoc Catalogo cum altero conjuncto, ab illustri auctore apud Caput Bonae Spei elaborato annis a 1834 ad 1838, in Asc. Recta 0^s85 et in Declinatione $19''3$.

Synopsis mediarum positionum non ea mente ad calcem operis subnexa, ut novum nebularum Catalogum adornarem. Tantummodo sub obtutum ponere volui numeros, cum positionibus Catalogi Generalis Herscheliani immediate comparandos; ipsas vero differentias typis exprimi, variis de causis nec necessarium duxi nec consultum. Neque magis prudens visum est novos nebulis currentes numeros imponere. In positionibus eruendis cum locis circulorum ope definitis eas positiones semper combinando junxi, quae ex collatione micrometrica cum cognitis fixis efficiuntur. Quo in negotio pondera in singulis casibus, pro variis circumstantiis ad arbitrium quidem, cautius tamen et consultius, distribui. — Subjunxi denique mearum positionum comparationem cum locis 223 nebularum a Schönfeldo tantâ subtilitate constitutis. Hoc non eo consilio factum esse patet, ut ad examen iterum revocarem Manhemienses, sed ut meorum numerorum fidem potius hac via etiam explorarem aliquatenus. Inspecta comparatione id statim elucebit, meas Ascensiones Rectas in universum paullo esse majores Schönfeldianis; hoc idem obtinet inter Manhemienses atque Upsalienses, quibus Havnienses igitur nonnihil esse congruentiores conjicio. Caetera praetereo.

Postremum reliquum est, ut praeclarum Schjellerupium, communem meum, laudem, qui singulas mecum hujus voluminis plagulas eâ, qua excellit, scrupulositate atque accuratione perlegebat, multaque operarum menda corrigebat opportunissime.

SERIES OBSERVATIONUM

COMPREHENDENS

SINGULAS NEBULARUM POSITIONES

QUOTQUOT HAVNIAE HUCUSQUE DEFINITAE SUNT

CUM DESCRIPTIONE NATIVAE NEBULARUM FACIEI

ACCEDUNT MENSURAE MICROMETRICAE
ET NONNULLAE IMAGINES
LIGNO INCISAE.

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
. . .	. . .	0h 0m 8s	+ 26° 57′,0	Tenuis, parvula, rotunda. Exstat inter 2 * * 14 hon. Lumine aequabili, sine umbra condensationis. Fortasse = h. 5 cum errore notabiliori in AR. 1861 Sept. 30	. . .
		0 8	56,6	Parva ac modica, ad sensum rotunda; 20″. Sedet in linea recta connectente * * 11 m. et 13 m., quarum priorem lucem aliquantulum mutare suspicor. In AR Herscheliana grandis error inest, si haec neb revera aut h. 4 aut h. 5	60
		0 8	56,0	Debilis ac minuta; sita inter * 11 m. australiorem et * 14 m. borealiorem	61
		0 8	56,0	Parva, moderate lucida, circularis; 25″. * 12. 13 magn. praec. 3s,7 ad meridiem	63
III. 866	2	0 1 37	+ 32 39,3	Pusilla quidem, sed gracilis ac distincta neb. classis secundae. Circumstant 3 aut 4 * * ordd. 12, 13, 14. Eadem nocte: etiam nunc in quadrilatero sedet cum 3 fixis, ut ante hos 73 annos adnotavit Herschelius I	148
		1 38	39,3	Perparva, circularis, nuclei non ignara; dissolutionis suspicio. * 14. 15 hon. 28″ ad austrum. Iterata vice in eadem serie	306
		*1 39	39,6	Minuta, debilis, rotunda; conspicitur * 14 hon. 24″ remota a nebulae centro austr. versus. Comes Rosslana mihi hucusque inconspicabilis mansit	306
III. 868	1	0 1 39	+ 3 50,8	Valde languida, licet haud exigua; 35″ ferme. Centrum versus claritas pauxillum quid augetur. * 13 ord. praec ad bor. 3½′ distans. — Miror quod Herschelius II una vice anno 1830 signaverit hanc neb, obtutu tam difficilem, cen „bright, very suddenly much brighter in the middle"; — Coelum erat hac vespera clarissimum. In Catal. Gener. merito „eF" signatur	152
II. 591	3	0 1 40	+ 15 2,0	Debilis ac diluta, aliquantulum rotunda, notabilis; nucleo destituta. * 13 magn. seq. 17s in circulo parallelo. 1861 Sept. 27	. . .
		1 40	2,8	Tenebris nondum subortis. — Magna, circularis, luce satis debili. Diam = 50″. Medium neb utique clarius. * 12. 13 magn. seq. 17s,2 exquisite in parallelo	7
IV. 15	4	0 1 55	+ 26 57,6	Nebula planetaria = * 14 magn. in centro nebulositatis circularis, lumine satis aequabili; 20″. * 13 magn. praec. 15s,6 rigorose in eadem declinatione. Si haec est vetus neb Herscheliana, Ascensionem R anni 1784 a Coelo enormiter abludere manifestum est	60
		1 55	57,5	Subclara, minuta, bicipiti cum nucleo. Adnotatio: In neb h. 5 saepius frustra inquisivimus. praeter hancce et nostri Catalogi primam, nullum omnino in hac regione nebulae vestigium reperire potuimus	291
		1 57	57,8	Perbene visibilis, tenebris vixdum obortis. * 12 magn. praec. 15s,6; * 14 magn. praec. 12s,1 utraque in nebulae parallelo	61
		2 0	56,0	Stellula 15 ordinis, ad circuli instar circumfusa nebulositate; * 16 magn. seq. 18s,5 in eodem ferme parallelo. Herschelii II positio neb. h. 5 certe erronea. 1861 Sept. 30	. . .
		2 0	57,0	Stellula 13 hon., nebulae satis spissae involuta. Haec ideo tuto in quarta classe ponetur eritque G. C. 12, cum Her-	

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat nebular	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox
				nebeliorum locus omnino sit vacuus. * 11 magn. prace 16ˢ,1; * 13 magn. praec. 13ˢ,2	63
III. 147	. . .	0ʰ 2ᵐ 43ˢ	+ 25° 9,5'	Parva quidem, sed satis clare amicnus. Circularis, cum nucleo = * 13 magn. * 15. 16 ord. seq. 0ˢ,9, baerens in margine austro ortivo	301
		2 44	9,2	Minutissima, licet sublucida; circularis. Habet nucleum notabiliorem. * 14 ord. seq. 1ˢ,2 ¼' ad austrum, margini ferme inbaerescens	305
		2 44	9,5	Neb quamvis pusilla, subclara tamen ac nucleata. Circularis, cum * 15 magn. 17" a centro distante ad orient. austr. .	300
		2 44	9,3	Parva et satis obscuri luminis; forma rotunda. Conspicitur * 16 magn. proximo ad marginem austr. (sic in MS. inbaerescit autem ea fixa limbo austr.-ortivo)	291
		2 46	8,9	Nebula planetaris: disculus lucidus, magn. 12, diam 5", circularis, debili nebula circumfusus. Involvit nebulositas aliquam fixam imbecilliorem, proximo ad meridiem subsequentem	311
. . .	. . .	0 3 17	+ 25 3,9	Diluta, modica. Exstat in triangulo cum 2 * * perviciuis ac borealioribus. Neb III. 147 praec. hancce per 32ˢ,9 . . .	305
		3 17	4,2	Grandiuscula, opaca; imaginem debilis cujusdam cometae prae se fert. Efformat triangulum cum duabus infirmis fixis ad septentrionem constitutis	301
		3 18	4,2	Opacissima et longinquo cometae haud absimilis — immota tamen. Est haec longe pallidior, quam H. III. 147, quae praevia in eodem campo ad sept., in 8' distantia circiter .	300
II. 853	6	0 3 34	+ 32 34 2	Satis debilis, minuta, non utique rotunda; tertiae tantum classis. * 12. 13 ord. seq. 4ˢ,4 paullo borealior	148
		3 35	34,0	Non supra classem tertiam; dissolvitur — licet non manifeste amplificationibus 123 et 160. * 12 magn. in propinqua, sequens ad boream	306
III. 456	. . .	0 4 14	+ 5 36,3	Parvarum lucis, modicae magnitudinis. Exhibet in centro nucleolum satis conspicuum. Ab ARᵉ Herschelii I demas 1 min. temp; Irrepsit idem error in Catal. Gener., nisi forte duae plane diversae	211
		4 16	35,9	Debilis, majuscula. Immerito haec olim ceu parvula „pretty small" designata a Seniore Herschello, nunc prima vice revisa	210
III. 861	7	0 5 8	+ 30 16,8	Grandiuscula, opaca et obtutu perdifficilis. Certitudinis gratia altera vice eadem nocte	306
		9	16,8	Debilissima, majuscula, 35" aut 40"; certe haud rotunda. Est multo pallidior, quam neb h. 9, quod non adeo bene quadrat cum observatis Herschelianis. 1790 mense Debr. visa est minuta „small"	306
. . .	9	0 5 50	+ 30 8,8	Haud usque adeo tenuis — classis ferme secundae. Forma rotunda. * 12. 13 ord. praec. nonnisi 44" a neb. remota septentr. versus	306

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
		h m s	° ′		
III. 183	11	0 7 48:	+ 17 48,9	Pallidissima et adeo obscura, ut vix sentiri possit. Forma est etiamnunc irregulariter oblonga. A Seniore Herschelio haec „extremely faint“, a Juniore „very faint“ signabatur .	306
II. 241 = II. 243	13	0 8 18	+ 16 32,9	Modica quidem, sed observatu facilis; parvula. Efficit triangulum orthogon. cum 2 fixis praecedentibus 13, 14 m. ad austr., 15, 16 m. ad bor.; neb. scilicet ad angulum rectum constituta	152
		8 18	33,5	Modica, minuta, rotunda, nucleata, cometari adspectu. * 14 bor. praec. 5ˢ,2 75″ ad merid. Talis et apparuit ante hos 4 annos. — Huc pertinet quoque H. II. 243 e sententia Herschelii II	306
		8 20	33,3	Parva ac satis debilis, rotunda; vix ultra 15″. * 14 magn. praec. 5ˢ,7 ad austrum. 1861 Oct. 7	. . .
. . .	. . .	0 10 33	+ 10 40,2	Clariuscula classis secundae. Rotunda, cometaria; 35″. Haec nondum a quoquam, quod sciam, observata. Jacet inter 2 stellulas magn. 12 et 13, quarum prior antecedit nebulam per 9ˢ,7, quasi in eadem declinatione.	296
		10 35	40,5	Manet immota. Descriptio ut hesterna nocte. Fit circa meditullium parum clarior cum nucleo = * 16 magn. Amplif. 148 et 231 non solvitur	297
V. 16	15	0 11 5	+ 29 18,1	Caterva nebularum. Cepi tantum duas majores, reliquae sunt observatu hac nocte nimis difficiles. — Videnda minuscula delineatio Ill. Com. Rosse	309
		11 8	18,0	Congeries stellularum ordinum 14, 15 . . . cum nebula indissolubili intermixta. Forma irregulari, 4′ circiter amplectens	60
		11 8	18,1	6 aut 7 fixae ord. 12, 13 . . . nebula satis late patente miro modo cinctae. Implet haec informis massa ultra 3′ arcus . .	291
		11 9	18,5	Minutarum stellarum acervus cum nebula intermixta. Nullo modo „eF“ . . :	221
. . .	. . .	0 11 9	+ 29 17,4	Perparva et tenera. Conspicor complures alias cum fixis interpositis. Pertinet haec ad V. 16; de iis conferas Philos. Transact. ad annum 1861 tab. XXV fig. 1	309
. . .	16	0 13 55	+ 21 35,4	Clara, circularis; in medio longe lucidior. Tres aliae pone sequuntur	211
		13 55	35,7	Sublucida, moderatae magnitudinis, rotunda. Duae consimiles in campo; altera subinde ad boream sequens	154
		13 56	35,1	Sublucida, circulariter rotunda, 25″; classis fere secundae. Subseq. alia, minor, pallidior	290
		13 57	35,3	Rotunda, debilis, haud usque adeo minuta. Circa medium multo clarior. Alia neb. eaque longe minor ac pallidior, comparet in eodem campo septentrionem versus	210
		13 57	35,2	Modica, subrotunda, in meditullio nonnihil clarior. Subinde transit borarium minor quaedam neb. (h. 17) 5′ ad bor. consita, 11ˢ,4 serior	300
. . .	17	0 14 5	+ 21 40,1	Non utique debilis, rotunda. Mihi quidem simplex visa, non biceps „perhaps bicentral“; effulget vero in ipsa nebulosi-	

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. ocular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
				tata stellula magn. 16 — annon nucleus? Cum 3 * * 10 magn., nebulam subsequentibus, trapezium efformet; earum borealissima distat a neb 6^s,4 in AR, in eodem fere parallelo (melius: * aliquantulum borealior)	154
		0^h 14^m 6^s	$+21°$ $39',9$	Paullo debilior quam ea, quae ad austrum praec. in propinquo. Format ambitum quadrilateri cum tribus fixis.	290
		14 7	39,6	Minuta ac valde debilis. Efficit quadrilaterum cum 3 * * subsequentibus. inter nebulam et * australissimam distantia 51″ taxata	210
		14 7	39,6	Parva, sublucida, rotunda. Australissima de tribus stellis subsequentibus 1^s.8 post nebulam in borario, 55″ ab ea elongata	211
		14 7	40,0	Parvula, subrotunda, subopaca. 3 * * ord. 10, 11 pone sequuntur. Egregior neb. h. 16 praevia in eodem campo . .	200
. . .	. . .	0 14 37	+ 21 37,4	Minuta et satis debilis. * 13 magn. praec. 4^s,6 ad austrum. Alia neb. serior 13^s	211
		14 38	37,4	Obscurissima ac perparva. * 12. 13 magn. praec. 4^s aut 5^s, nonnihil australior. Aliam nebulam post se trahit; inter ambas invenio 12^s. Utraque nova, quod sciam	210
. . .	. . .	0 14 49	+ 21 38,2	Minuta ac perpallida, manifestissima nihilominus. Herscheliorum Canonibus haec non comprehenditur: sit forsan una de Rossianis nebulis ad num. 40—42 Catalogi Generalis, de quarum locis nihildum constat	300
		14 49	38,0	Minutissima ac pallidissima. Perpusillum triangulum stellularum ord. 15 proxime subsequitur	210
		14 49	38,4	Languens et minuscula. 3 * * 15 et 16 magn. subinde. Sit forsan et haec una de Rossianis, quarum positiones hucusque ignotae	211
II. 257	19	0 15 3	+ 9 42,8	Longula, subobscura; nucleum nihilominus percipio. * 12, 13 bon. seq. 6^s,4 quasi 1′ ad septentrionem	306
		15 5	42,7	Parva, debilis, subtili cum nucleo; medium versus paullo lucidior. * 13 magn. seq. 7^s,2 57″ ad boream	210
. . .	18	0 15 13	+ 28 58,8	Non inventa dum h. 16, 17 aliaeque aeque debiles primo intuitu visuntur ilicet. Idcirco positio Junioris Herschelii hic apponitur	154
		15 14	58,6	Tandem aliquando reperta: est satis opaca, pene rotunda; 20″ aut 25″ ad summum. Circa medietatem paullo lucidior. — Miror quod eam non conspicatus sum anno superiore	221
III. 148	21	0 18 44	+ 28 26,7	Subobscura, parvula (haud majuscula „pL.“), subrotunda. Densior nonnihil versus centrum	221
		18 46	27,0	Minuta, ut in hac Coeli plaga pleraeque nebulae, sed bene conspicua et in secunda splendoris classe tuto collocanda. * 11. 12 magn. praec. 8^s,4 parum borealior	60
		18 47	26,5	Minuta ac tenuis, licet utrique Herschelio annis 1784 et 1827 apparuerit grandiuscula * 12 ord. praec. 7^s,7 ad boream. Nebula nonnihil lucidior circa medium, haud dubie classis II	148

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox
		h m s	° ′		
. . .	. . .	0 18 52	+ 21 2,0	Parva ac debilissima, sed indubia. In quadrilatero cum tribus fixis. 1861 Oct. 8	. . .
		18 56	2,0	Perobscura ac minutissima; visitur tamen etiamnunc ibidem . .	221
III. 869	23	0 21 40	+ 2 3,9	Parvula, debilis, circulariter rotunda. ∗ duplex ad austrum praec. 1ˢ,5	307
		21 40	3,9	Subobscura — mala et inepta visa, aëre existente valde spisso ac nebuloso. Conspicitur ∗ duplex ³/₄′ ad austrum, in eodem proxima horario	195
		21 41	4,5	Satis livida, languens ac pertenuis; stellae duplici australiori h. 623 quasi adhaerens (cfr. Memoirs of the Roy. Astron. Soc. Vol. III pag. 201). Par nebularum: haec bor. praec. Adhibita amplificatione 226 stella et nebula manifesto sejunctae; invenio 42″ inter nebulae centrum et propiorem fixam, nebula scilicet ad boream subsequente	152
		21 42	4,2	Parvula, rotunda. ∗ duplex vicina, ad meridiem praevia; propior distat a nebula nonnisi 40″	305
		21 43	4,4	Minutula, debilis, tertiae classis etiamnunc. ∗ composita 43″ ad austrum. Stellam usque non pertingere hanc nebulam manifestum	221
		21 43	4,4	Haud adeo valde debilis, licet minuta. Annon longula? Stellae duplicis ad austrum consitae propior praecedit nebulam per 1ˢ3 36″ tantum ab ea remota; componentes ambae magn. 11, 12	196
. . .	. . .	0 21 56	+ 2 2,2	Pallidissima, exilis. Apparet in tubo simul cum h. 23, h. 25 et bene multis aliis, quas tamen, exceptis duabus, neglximus ob pallitudinem	307
		21 58	2,2	Admodum pallida et minuta; oblonga. Cernitur manifesto una cum H. III. 869 et H. II. 854, eritque absque controversia Catalogi Generalis 60ᵐᵃ	305
II. 854	25	0 22 5	+ 2 5,8	Moderata, non utique rotunda. Fit gradatim multo clarior in medio. Alia nebula eaque minor ac pallidior, antecedit 1³/₄′ ad austrum. — Revisa ad amplificationem 226: Oblonga in meridiano; nam posse dissolvi autumo	152
		22 7	5,5	Longula et quidem in horario proximo; luce satis debili. Rossianam comitem, 4ˢ praeviam, tuto videre mihi non contingit, perbene autem fieri potest, ut 3ˢ,7 sequatur (recte: est nempe Catalogi Generalis h. 23 c)	221
		22 7	5,4	Praeclarus nucleus. Ipsa nebula perlonga, pulchra hac nocte allucens, tribus suis comitibus stipata. Illae vero pusillae et perquam obscurae nebulae, conspectu nostro tubo sane difficillimae	307
		22 7	5,7	Sublucida, longula; clarior in medio cum indubiis dissolutionis indiciis. ∗ 11 magn. praec. 10ˢ,6 ad meridiem, 3′ satis exquisite a nebula distans	195
		22 7	5,9	Sublucida, parvula, longula; circa centrum aliquantulum clarior. ∗ magn. 11, 12 praec. 10ˢ,9 ad meridiem	196
		22 8	5,4	Clariuscula, longula licet minuta; in medietate crassior. Est nebula multiplex, comitibus perviciniis et utrique Herschelio invisis	305

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
...	...	0h 22m 11s	+ 2° 5',6	Parparva, opacissima et propemodum evanescens. Est baud dubie una de Comitibus nebulae II. 854, quae hancce 3s,7 antecedit. Amplificatio 231	221
		22 11	5,6	Minutissima et tanti palloris, ut non nisi tubi agitatione se prodat. Locus nihilominus satis tutus, cum sequatur lucidiorem nebulam b 25 per 3s,7, circiter 15" ad boream. Est Catal. Gener. 64, ut postea compertus sum	307
		22 13	5,5	Comes Rossiana nebulae b. 25. $\Delta\alpha = 4^s$ ΔDecl. = 17" aestim. Neb. 61ma Catalogi Generalis suo quidem loco visa, Coelo egregie favente, neglecta tamen fuit ob nimiam obscuritatem	305
II. 855	26	0 23 6	+ 1 20,0	Languens, grandiuscula, 55"; rotunda. Circa medium baud adeo parum clarior. * 14 magn. seq. 6s,2 ed boream 1¾' ad nub. remota	196
...	...	0 23 24	+ 62 34,6	Stella duplex in cumulo dispersarum aliquot stellarum, ordinum 10, 11, 12 . . . Visus quum in cumulum b. 28 inquirerem; sunt enim alii, huic haud dissimiles, non adeo rari in eis partibus. Stella dopl. est magn. 10 et 11; praecedit comes ad bor. in distantia 6" (aestim)	231
VI. 35	...	0 23 39	+ 60 44,9	Minutarum stellarum coacervatio, cujus diametrus 1' fere capit. Stellularum nulla 13 ordinem superat; singulae facile dignoscuntur ope amplificationis 123. — Sen. Herschelii locus non adeo longe a meo discadit	116
II. 471	...	0 23 46	+ 9 26,6	Rotunda, tenuis licet clarior circa medietatem. * 11 bon. praec. 7s,4 210" ad septentr. — Prisca et unica observatio, anno 1785 capta, juxta Auversianam reductionem hac nostra plane confirmatur; Catalogus Generalis ARem, nescio qua ratione, 20s majorem facit	209
		23 47	26,7	Valde debilis — praesente Luna. * 12 m. praec. 4s,7 (non utique 7s,4 ut ad noctem 209 adnotatum), 3¼' ad boream. Loco tuto fidere potes	217
...	29	0 25 35	+ 47 34,2	Nubecula albicans, visum propemodum effugiens; praegrandis est, 6' vel ultra suo lumine implens. Circularem eam esse baud putem. Immoto tubo visu difficillima, tubi autem agitatione melius innotescit. — Locus est fixae cujusdam 12 magn. huic nebulae involutae. Declin. sic in MS	116
II. 478	30	0 26 58	— 10 28,5	Secundae classis, modica, rotunda cum nucleo. * 12 bon. seq. 6s,4 46" ad septentrionem	307
		26 59	28,0	Classis II etiamnunc. Propemodum rotunda, 45" in sua diam. Efficit triangulum ferma orthogonium cum 2 fixis 11 magn. subsequentibus, nebula ad angulum rectum constituta. Stellularum propior seq. nebulam per 6s,5 .. 6s,9 47" ad boream	306
II. 3?	...	0 27 43	— 9 9,4	Clara, grandis, ovalis, 2' fere; medium versus pedetentim paullo lucidior. Secundae classis etiam adhuc nostra tempore. * 18 magn. haerescit in margine bor.-ortivo. — Addubito	

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
				au baec sit vetus nebula Herscheliana. sunt enim errores, a comparatione eum Catalogo Generali, in AR 53s, in Decl. 22'3. Versatur tamen, qood mibi compertom sit, in ejus vicinia oulla alia, qoae magis ad Hereebelii positionem accedat. Observebatur nua tautnm viea nee sine dobio 1783 Debr. 13	306
		$0^h\ 27^m\ 44^s$	$-\ 9^\circ\ 10',0$	Locue comprobatus. Nabula subclara, subgrandis, in diam 2' aut 2½'. Ovalis, nuelao nollo; * 17 magn. proxima apud limbum bor.-ortivum. Nebula haeret inter 2 * * 9 magn. praevias. sie qnoque annotavit olim primus nebulae inventor „between two considerably bright stars". — Inquirenti din ae sedulo in H. II. 3, ab Astronomorum nullo hueueqoe revisam, haee tantum oecurrit; apparet ideo duplicem eerte errorem in Catalogis esse. Vide notam ad G. C. 78	307
III. 476	32	0 28 45	+ 23 11 4	Subopaca. * 7. 8 magn. Weisse 727, 8, 9 seq. 5s,3 243" ad boream, unde neneiscimur nebulae ARem = $0^h\ 28^m\ 45^s,6$ Decl. = 23° 11' 29". Comes Rossiana, proxime subsequens, visitur qoidem, sed non satis distincte	300
		28 44	12,1	Pusilla et sobobscura, observatu baud adeo difficilis; grandior, 35" . . 40". * 6. 7 magn. seq. 5s qnasi 4' ad septentr — Alia nebula eaqne „nova" insequitur 2' borealior; utraque manifesto classis tertiae	60
III. 954	. . .	0 28 56	— 10 53,3	Tenera et perparva. Ab Herscbeliis baee immerito jure „eF" designatur, quia etiam „eeF" nuper in Catalogo Generali; vidimus in Coelo haud ita paucas pallidiores subtilioresque	306
		28 59	53,1	Exilis qoidem, sed noo neqoe adeo pallida. Habet in diam sna 18" circiter. — Asc. Recta 1798 observata abundet juxta reductionem Auversi a nostra 32s	307
. . .	. . .	0 29 33	+ 23 13 8	Satis debilis, grandiuscula; duplex: comes seq. ad austrum distans per 25" . . . 28". Est Catal. Gener. num. 82; utrum sit Rossiana G. C. 80, an ab ea diversa, nondum constat. * 7 magn. Besseliana Weisse 757 seq. 15s,4 73" ad septentr.	300
		29 36	14 0	Pallida, majuscula, 40" pota; rotunda. An sit Rossiana ad h. 32 pertinens, nescitur. * 16 magn. seq. 6s,2. * 6. 7 hou., ona eum nebula io campo, 3½' circiter ab ea elongata	60
III. 871	33	0 30 7	+ 1 10,4	Obscurissima quidem, sed tute se distinete visa. Rotunda, neque usque adeo minuta. * 12, 13 ord. antecedit ad austrum 90" circiter distans. Herscbelii I declinatio aberrat 4'	196
III. 870	. . .	0 31 4	+ 1 57,8	Minuta licet observatu non admodum difficilis. Irregularis — annon dissolubilis? * 9 magn. praec. 12s,3 . . . 12s,2 105" ad boream, unde demanat positio nebulae, adbibito Catalogo Schjellerupiano, AR = $0^h\ 31^m\ 4^s,4$ Decl. = + 1° 58' 12"	221
		31 5	57,6	Secundae classis, majuscula; paollo lucidior circa centrum. * 8 9 magn. praec. 12s,3 111" ad boream. inde prodit pro nebula AR = $0^h\ 31^m\ 4^s,5$ Decl. = 1° 58' 6"	305

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
		h m s 0 31 6	° ' + 1 57,8	Tenera, parvula, propemodum rotunda. ∗ 8. 9 magn. Lalande 967 (duplex) praec. 12ˢ,6 110″ ad septentr. Anno 1790 ab Herschelio I satis praecise eodem loco observabatur nebula (H—d'A = — 4ˢ + 1',7 juxta reductionem Auversii). Stella est Schjellerup 213, unde fit nebulae AR = 0ʰ 31ᵐ 4ˢ,8 Decl. = 1° 58' 7″	196
II. 707	35	0 31 16	+ 47 35.2	Satis lucida, grandis, rotunda; comprehendit ejus diametrus 3' vel ultra. Circa marginem admodum eluta est, centrum versus autem aliquantulum clarior elucet. Miror quod Herschelius I hanc nebulam non quintae classi adscripserit. — ∗ 9 magn praec. 62ˢ,5 3',1 ad austrum. Minutae stellae, quas sibi visas a. 1855 refert Ill. Com. Rosse, nobis inconspicuae	116
. . .	. . .	0 31 16	+ 2 24,4	Parva, pallida, rotunda; parum densior in centro. Catalogi Gener. 91ᵐᵃ	71
		31 16	24,0	Satis languens, tenera et pusilla, nucleoli vero non omnis ignara	204
		31 17	25,0	Languida, licet haud minuta. Circularis. ∗ 8. 9 magn. Besseliana Weisse 530 seq. 40ˢ,5 2' ad austrum. — Nebularum crebritas	197
		31 19	24.2	Minutissima, obscurissima ac visum hac nocte propemodum effugiens	221
		31 19	23,8	Tenuis, minuta, circa medium stellaris. Amplificatio 160 . . .	305
		31 20	24,0	Minuta, pertenuis; parum clarior in parte media; rotunda. ∗ 13 magn. praec. 15ˢ,8 nonnisi 15″ ad austrum. — Magnus hoc loco nebularum numerus et varietas	70
. . .	36	0 31 33	+ 60 19,5	Praegrandis cumulus in via lactea — levi momento aestimandus	231
III. 872	39	0 32 8	+ 0 5,5	Elongata, satis lucida. Magis egregia atque amplior quam h. 41. — Tres nebulae simul in campo; proxima sequitur hancce 5ˢ,2 tria fere minuta ad boream. — Observationes dubiae ac proximo interlunio iterandae	11
		32 8	6,0	Satis luminosa, secundae classis, longiuscula, duplex. Altera seq. 4ˢ,7 . . . 165″ ad boream; tertia nebula in promptu est	63
III. 595	37	0 32 7	+ 2 34 1	Debilis, aliqualiter rotunda, duarum praecedens. ∗ 14 m. praec. 2ˢ,4, pauxillum quid australior. ∗ 10 m. proxime seq. . . .	204
		32 8	34,0	Tenuis quidem sed facilis observatu; aliqualiter rotunda. ∗ 13. 14 magn. praec. 29″ aut 33″ ab ipsa nebula elongata, quod adeo bene convenit cum verbis Herschelii I „some star in it", ut nullus dubitem hanc esse H. III. 595. maluit tamen Auversius h. 42. Aliter nuper placuit Herschelio II	71
		32 8	34,5	Parva ac debilis; conspectu vero haud difficilis. ∗ 13. 14 magn. praec. 2ˢ,7 paullo meridionalior, ac in 33″ a nebula elongationa. Haec nebula certo certius = III. 595, locis praecise concordantibus. — h. 42 pone sequens	197
		32 9	33,3	Minutula ac satis tenuis. ∗ 12. 13 magn. praec. 2ˢ,6 ½' ad austrum. Haec nebula manifestissima vetus Herscheliana	311
		32 10	33,9	Exilis quidem, sed haud adeo difficilis observatu. ∗ 14 magn. praec. 20″ distans, aliquantulum australior	70

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
		0ʰ 32ᵐ 10ˢ	+ 2° 33',8	Subclara, licet minuta. * 13 ord. valde vicine meridiem versus. ΔAR = 2ˢ,2. Nubilat	305
		32 10	34,0	Subobscura et satis minuta. * 13. 14 magn. prace. ad austrum in 28" distantia. Alia nebula, minor ac pallidior, consequitur, ΔAR = 26ˢ,2	196
II. 856	40	0 32 9	+ 2 16,1	Rotunda, parva, in centro subito longe densior. * 8 magn. praec. 11ˢ,9 ad boream	311
		32 9	16,5	Parva, debilis, rotunda; cum nucleo = * 14 magn. * 8 bon. prace. 12ˢ,6 5' ad septentr.	204
		32 9	17,0	Subclare, grandiuscula, rotunda. * 8. 9 magn. Besseliana Weiss. 530 praec. 13ˢ,1 5' quamproxime ad boream. De stellae AR Lalandius et Besselius discordes	197
		32 10	16,9	Tenuis, haud usque adeo parva; compactior ac clarior in media parte; rotunda, diam. = 23"	71
		32 10	16,5	Secundae classis e lucidioribus. Majuscula, notabili cum nucleo. * 8 magn. Besseliana W. 530 praec. 13ˢ,0 303" ad septentr. De motu * proprio v. Acta Astr. Vol. XLII et LXI	305
		32 10	16,4	Conspicua, rotunda, pedetentim parum densior ac lucidior centrum versus. * 9 bon. praec. 13ˢ,1 5¼' ad boream	70
		32 11	16,2	Minutula, rotunda, satis debilis. * 8 magn. praec. 12ˢ,88 ad bor 5' distans	196
		32 12	16,5	Secundae classis etiamnunc. Modice, subrotunda, minutula. * 9 magn. praec. 13ˢ,2 5' circiter ad boream. — Vitrum objectivum glacie et pruina obductum reperitur	221
II. 860	41	0 32 12	+ 0 8,0	Satis lucida, circularis, minuscula. * 17 magn. praec. 13ˢ in parallelo. Nebula paulio pallidior quam H. III. 872, quae ad austrum 5ˢ praecedit; tertia subest	11
		32 15	9,0	Parva, aliquantum oblonga; est nonnihil debilior quam H. III. 872. Inter ambas ΔAR. = 4ˢ,7 satis exquisite. In Catalogo Generali corrupte est h. 41 = H. III. 595	63
II. 857	. . .	0 32 14	+ 2 2,1	Grandiuscula, rotunda, opaca — ad instar tenellі cometae. Subseq. alia ejusdem faciei propemodum	311
		32 14	2,6	Perpallida, subgrandis, rotunda. Nebulae H. III. 857 et 858 nihil ferme inter sese quoad visum differentes	197
		32 14	2,3	Subopaca, grandiuscula, rotunda. Duarum consimilium austr. praecedens. erit altera indubie H. II. 858	305
		32 15	3,0	Languida, subgrandis, rotunda; 48". Prope hancce sequitur alia in paulio majore declinatione	71
		32 17	2,4	Perparum lucis, haud minuta, circulariter rotunda. Aliae atque aliae nebulae in conspectum veniunt	221
		32 17	2,4	Perpallida, subgrandis, aliqualiter rotunda. Haec duntaxat atque ea, quae in eodem campo subsequitur, non densantur in medio	196
. . .	. . .	0 32 23	+ 2 22,1	Parva, longula, languida, classis tertiae; * 8 m. Besseliana W. 530 praec. 27ˢ,1 ³⁄₄' ad meridiem	305
		32 24	22,3	Debilis ac minuta. * 19 magn valde propinqua ad austrum in eodem horario. * 8 magn. praec. 27ˢ,23 nonnihil meridionalior. Neb est 103ᵃ Catal. Gener; an Rosseianis unquam visa, incertum. erit fortasse = C. G. 99	311

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
		h m s	° ′		
	.	0 32 25	+ 2 22,9	Pallida ac pusilla; res admodum delicata. * 8 magn. praec. 27ˢ,7 nonnihil australior; ipsius distantia a nebula = 7¾′	71
II. 858	. . .	0 32 27	+ 2 6,9	Modica, subgrandis, tertiae classis. Antecedit alia 5′ ad meridiem, nempe H. II. 857	305
		32 28	7,6	Debilis, grandiuscula, 40″; valde diluta circa marginem. Stat quasi in medio situ inter 2 * * 12 magn., quarum altera antecedit nebulam per 13ˢ,3, altera sequitur 14ˢ,1	71
		32 28	7,7	Obscura, subgrandis, rotunda. 2 * * 12 magn. praecedunt ad meridiem in 3′ distantia	197
		32 29	7,3	Gemina illius, quae ad austrum praecedit in eodem campo . .	311
		32 29	7,3	Subgrandis, licet obscuri luminis. Subrotunda, ac via paululum aliquid lucidior versus centrum. In vicinia praecedit alia nebula 5′ proxime ad meridiem	221
		32 30	7,3	Perobscura, formae quodammodo irregularis. Grandiuscula (55″): Alia, huic per omne similis, 6′ ad austrum praevia	196
III. 873	43	0 32 28	+ 0 5,2	Una e debilissimis, quae meo telescopio sensu percipi possint; indubia tamen. — Rotunda, cometaris. Alia, notatu dignior, praec. 21ˢ in parallelo. 2 * * 14 magn. sequuntur parvo interjecto intervallo. — Nebulae h. 39, 41, 43 in zonis Bondianis lato modo annotatas reperiuntur. Senioris Herschelii declinationes a veris nonnihil discedunt	11
Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
		h m s	° ′		
		12 12 4	+ 48 5.1	Perillustris, praegrandis; longa 6′ aut 7′, lata 100″. Ramus borealis amborum longior, lucidior; ipse nucleus = * 10 magn. quoad claritatem, non vero mera fixa. * 11 ord. praec. 27ˢ,26 56″ ad septentr.	277
		12 6	6,0	Longa 10′, lata 2½′. Nucleus prope magn. 10, forma ovali, fixis latior. — Ejus imago exhibita fig. 55 Philos. Transact. 1833	377
II. 846	1174	12 12 1	+ 66 40,2	Longa 65″ plus minusve. circa centrum sublucida; classis adhuc hodie tertiae secundaeve	368
		12 4	40,4	Notabilis, lucida et valde elongata. 180″ longa, lata tantum 7″, cum nucleo satis conspicuo. 1861 Octobr. 4	. . .
		12 4	40,7	Clariuscula, oblonga 70″ . . . 75″. Classis secundae etiamnunc cum nucleolo = * 12. 13 magn. — Certitudinis gratia iterum nocte eadem.	361
		12 4	40,4	Sublustris, valde oblonga, 80″ . . . 85″. In medietate multo clarior. Nec angusta admodum et in utroque fine acuminata. — Loco nostro probo fidendum; apud Sen. Herschelium AR major 34ˢ	373
		12 5	40,9	Locus curate definitus nebulae lucidae et valde elongatae, cujus nucleus tamen ordinem 13 non superare videtur. Longa 110″, in latum comprehendit 40″. Meditullium solvi posse auspicor. * 14 magn. seq. 31ˢ,8 ¼′ ad boream. — Erat tunc aura humida et nonnihil faeceata	377
		12 5	40,8	Longula, subopaca; 80″ aut 90″. Circa meditullium perpaullo luminosior. Subinde * 13. 14 ord. cum differentia AR 32ˢ, vergens nonnihil ad boream	361
		12 7	40,7	Stria luminosa, longa 100″. In ipso centro = * 12 magn. * 13 magn. seq. 32ˢ,7 ad boream nonnisi perpauca min. sec. — Nec non pulchre visa hoc vespere. est autem procul dubio adhuc longior, puta 150″ . . . 170″, (Herschelio I anno 1790 immo etiam 300″)	356
		12 7	40,3	Pallidula, pusilla; densior in medietate; admodum oblonga. Maligna et inconvenienter visa non longe a culminatione inferiore. — Eadem nocte mane multo melius comparuit: longa 70″ aut 80″, primae classis propemodum; in utroque fine valde acuminata	376
. . .	. . .	12 12 4	+ 6 30,3	Pallidissima, 30″; circularis. * 18 magn. distat 2′ ad austrum. — Observatio tuta. Catal. Gener. num. 2840	36
II. 138	1177	12 12 16	+ 6 53,0	Debilis, diluta, grandis; * 12 hon. seq. 25ˢ,2 paullo australior.	44
		12 17	52,0	Debilis, parvula, longula; paullo clarior in medio. * 8. 9 magn. Catal. Schjellerupiani 4446ᵗᵃ, serior atque australior, in 8′ remotione. differentia ARᵒⁿ 25ˢ,3 praeterpropter, declinationis 205″. — Nec observata a. 1861 tubo Manhemiensi; Upsaliensi novissime (adj. 1866)	164
		12 18	52,5	Majuscula, clara, primae fere classis. * 18 magn. distat a centro 55″ ad orient.-bor.	36
		12 18	52,2	Satis luminosa, rotunda, nucleo non immunis. * 8. 9 magn. Besselliana, W. XII. 189 seq. 25ˢ,1 3½′ ad meridiem .	22
II. 139	1176	12 12 17	+ 6 36,0	Subclara, rotunda, munita nucleo; secundae classis, duplex.	

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
				Comes, pusilla et obscora neb $13^s,2$ serior ac parum (1' circiter) borealior. — AR in Catal. Genar. $12^m\ 8^s$; juxta Herschelium I autem foret $12^m\ 28^s$	164
		$12^h\ 12^m\ 18^s$	$+\ 6°\ 35',6$	Lominnea, satis insignis, parva; primae utique classis. — Alia nebula = h. 1180, multo debilior, pusilla, non nisi tertiae classis, seq. hanec $12^s,5$ nonnihil ad boream. Miror nihilominos, cur comes non denotata sit cum haec principalis neb observaretur tubo Upsaliensi anno 1864 (Actorum Astronom. num. 1541).	33
		12 18	36,0	Admodum lucida, majuscula; visa per nubeculas a Luna collustratas. ∗ 10 magn. praec. $46^s,2$ $110'',3$ ad austrum. — Nebula comes non conspecta, etiamsi ejusdem classis. fuit autem alterâ semper longe pallidior. Ita etiam a. 1784, ubi ambae nebb junctim recensentur, „the second very faint".	101
		12 19	36,0	Lnminosa, rotunda, cum nucleo. Alia nebula seq. $12^s,9$ 1' circiter ad septentrionem	44
		12 20	35,5	Splendida, primae classis, circularis, nucleata, 60''. Comitatur eam alia nebula eaque longe debilior cum differentia AR^{ae} $13^s,7$, declinationis 65''; erat anno 1830 e contrario in AR $21^s,7$ et 81'' in decl. — quod probabilitor vitiosum	36
		12 20	37,0	Mediocriter lucida, circularis. ∗ 13. 14 magn. seq. $32^s,3$ in parallelo. Hujus transitum 13^s post subsequitur alia neb aliquantulum borealior. — Neb principalis recens observata Manbamii, nuperrime (1864) Upsalao	22
		12 20	36,0	Micat luce satis vivida; rotunda. Alia neb eaque multo debilior seq. 13^s, paullo bor. — Si positio anno 1830 determinata justa est ac fida, de motu hujus nebulae dubitari nequit	26
II 569?	1178	12 12 20	+ 6 9,0	Quinque nebulae simul in campo, propemodam pares inter se. Haec omnium prima, pallida, subrotunda; non utique grandis. Herschelio II „nova". Ita etiam nuper in Catal. Genar., ubi II. 569 cum II. 573 confunditur. Schönfeldus aliam medelam excogitavit. Res fere inextricabilis	36
II. 110	1179	12 12 25	+ 15 38,4	Clara, licet minutula; rotunda. Exhibet nucleum = ∗ 10 hoo. — Nostra positio cum Herschelii II congrua; in prisca AR deficiunt 16^s	182
		12 27	38,1	Lucidissima, minuta, circularis. Ejus nucleus stellae simillimus 10. 11 magn. — Miror, quod hoc loco egometipso nihil conspexi, dum Lipsiae nebularum observationibus operam dabam. Neque praetera, quod sciam, ab ullo alio Astronomo conspicua ea neb observata post Herschelios, silente etiam Rosseio	33
		. . .	. . .	Telescopio sexpedali haec nebula non potuit comprehendi, cum Lipsiae observarem nebulam proxime vicinam 1857 Febr. 21 et alias nonnunquam	. . .
II. 140	1180	12 12 30	+ 6 37,1	Obscura et perpusilla, tertiae tantum classis. Est comes seq. ad bor. majoris lucidiorisque nebulae h. 1176. Inter ambas inveni $13^s,2$	164

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
		$12^h\ 12^m\ 31^s$	$+\ 6^\circ\ 37',0$	Debilis, rotunda. Alia (II, 139) praec. 13^s, exstans 1' circiter ad austrum. — Vol. LVII Actorum Astron. pag. 340 haec obs. vitiose ad noctem 32 refertur	22
		$12\ 32^s$	37,0	Subobscura, minuta, circularis — una e difficilioribus, indubia tamen. Vix ac ne vix quidem tertiae classis nebula	26
		12 32	37,3	Minuta, circularis; admodum debilis ob crepusculum aestivum et Lunam in Coelo versantem. Anno 1784 Herschelio I quoque „very faint." cur igitur in secunda classe posita? ∗ 15 magn. seq. 19^s aliquanto borealior	44
		12 32	37,0	Subobscura, parvula, tertiae classis; nulla est, collata cum nebula II. 139, quae praec. quasi 12^s — apud Juniorem Herschelium minus convenienter $21^s,7$	33
		12 32	36,5	Non utique magna, subpallida, rotunda; 3tiae classis. Comparata cum nebula II. 139, quae antecedit $13^s,7$, haec admodum exigua et pallida. „The following one is much fainter" Rossius 1852	36
II. 570	1189	12 12 40	+ 6 3,1	Secunda a quinque nebulis. Pallida quidem, sed facilis visu. — Hanc antea novam esse putabam. recepi tamen postea correctionem Schönfeldianam, de qua videas ejusdem Astronomi Observationes Manhemienses Fasc. I. p. 112. Catal. Gener. exhibet h. 1189 in AR $13^m\ 39^s$; eo loco equidem nil nebulositatis inveni	36
		12 41	3,3	Minuta ac satis debilis. Major atque egregior nebula h. 1183 subseq. $8^s,8$ 3½' ad boream. — Utraque invenitur in obss. Upsaliensibus a. 1863	102
		12 44	3,0	Parva, moderata, lucente Luna. Aliam nebulam post se trahit. Locus ob magnum nebularum numerum insignis. — Inter hanc et ad bor. sequentem 9^s quam proxime.	28
. . .	. . .	12 12 44	+ 6 47,0	Pusilla ac languida. ∗ 8. 9 magn. praec. $1^s,7$, distantia = 70" ± (∗ est Besseliana W. XII, 189). Nebula nondum observata est, quod etiam. Catal. Gener. ad num. 2840	22
		12 44	47,0	Pusilla, rotunda, mediocriter lucida, secundae classis. ∗ 8. 9 ord. 4446 Catal. Schjellerupiani seq. $1^s,7$ 85" ad boream. (A. 1862: Utra AR vitiosa sit, nescio; equidem tamen huic observationi non indubito. A. 1865: Male; praecedit enim ea ∗ nebulam $1^s,5$ ... 2^s). Quae omnia confirmantur observatione recentissime habita Upsalae, de qua videndus num. 1541 Actorum Astronom. pagg. 69 et 75	36
II. 571?	. . .	12 12 43	+ 6 13,5	Pallida, rotunda, minuscula, 20" puta. ∗ magn. praec. $16^s,2$ in parallelo. Quatuor nebulae, eandem paene faciem referentes, pares et magnitudine et clarore, simul sub oculis. — Locus admodum copiosus a nebulis	22
		12 45	13,8	Minuta quidem et subobscura; nuclei vero haud ignara. Recepta in Catal. Gener. prout nova ad num. 5070 et memorata ab Herschelio II in nota ad C. G. 2849: observata etiam Manhemii. Mihi quondam „nova," Schönfeldo anno 1862 e conjectura II. 569 — quaenam revera sit inter nebulas Herschelianas, ob plura menda infeliciter com-	

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
				plicata pro certo dici non potest. Hoc saltem subjungam, earum nebb, quae in Catal. Gener. signantur II. 571, sc. 2856 et 2865, neutram exstare in rerum natura	102
		12h 12m 46s	+ 6° 13',9	Parva, haud adeo pallida, rotunda. Haec quarta in nebularum congerie. ∗ 16 magn. praec. 15s,0	36
		12 46	13,5	Parva, satis lucida, clarior in media parte. ∗ 15 ord. praec. 13s,7 in parallelo. — Nebula ante putabatur nova; correxi tamen locum Herschelianum ex Schönfeldi opinione, etiamsi quasdam dubitandi causas esse non abnuerim	28
II. 804	. . .	12 12 44	+ 57 30,6	Minuta, tenuis, rotunda. ∗ 16 magn. seq. ad boream; distantia = 35" fere. Locus aliqualiter convenit cum Herscheliano; quae de adspectu autem adferuntur, omnino non conveniunt inter sese. Anno 1789 pusilla haec et tenella neb signata „pretty bright, pretty large"	117
		12 48	30,4	Circulariter rotunda, pusilla, gradatim haud paullo clarior versus medietatem. ∗ 14 magn. ad bor. insequens abest a neb 38" cum differentia AR 2s ±; alia quaedam pallida fixa praec. nebulam 6s	377
		12 48	30,8	Majuscula; non usque adeo languida. longula, terminata irregulariter. ∗ 14. 15 ord. non longe a margine boreali. — Neb inconvenienter visa in situ humili	378
I. 75	1185	12 12 48	+ 30 23,2	Permagna et praeclara nebula; elliptica cum disculo perlucido ac bene terminato, quasi in centro nebulositatis posito. Tota ejus longitudo 200" amplectitur, aut nonnihil ultra . .	164
		12 50	23,3	Splendens, grandis, subrotunda (est tamen certe oblonga). Diametrus 90" . . . 100". In meditullio extemplo multo clarior. Ejus positionem habes in obss. Lipsiensibus et Manhemiensibus; AR a. 1785 justo major 24s	379
		12 51	23,2	Grandis, elongata et quidem notabiliter; hac nocte parum lucida. Est manifesto longe pallidior quam I. 90 Cfr. Catalogum meum Minorem	80
		12 52	23,3	Praegrandis, perlucida; 4' aut 5' longa — praesente Luna. In centro aequat fixam 11 magn., pallida brachio utrinque protendens. — Tota longitudo a. 1827 tantum 2'; lego tamen etiam apud Schönfeldum 5'	183
II. 568?	1183	12 12 50	+ 6 6,9	Debilis — erat Coelum subnubilum. Alia neb, eaque paullo lucidior seq. 25s 2½' ad boream. Posui dubitanter II. 568 cum Herschelio II, cui tamen eadem ante „nova". Schönfeldus in notis (pag. 112) maluit II. 570; ambo legendi. nos rem inextricabilem in medio relinquimus	252
		12 50	7,0	Moderate lucida, rotunda; una de lucidioribus in hac nebularum coacervatione. Minor ac debilior neb, fortasse H. II. 570, praec. quasi 9s 4' ad austrum. — Recens observata Manhamii, nuperrime etiam Upsaliae	102
		12 51	7,0	Debilis, rotunda, haud exigua. ∗ duplex ex vicinioribus, 8' distans ad austro-ortivum sequitur. ∗ est h. 2609 (Mem. Roy. Astronom. Soc. vol. VI pag. 38)	22
		12 52	7,1	Subgrandis; manifesto lucidior quam ea, quae paucis minutis interjectis ad austrum praecedit	28

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
		$12^h\ 12^m\ 52^s$	$+\ 6^\circ\ 6',6$	Subgrandis, optime adspectabilis. Haec tertia e quinque nebulis arcte juxta se consitis	36
II. 376	1184	12 12 50	+ 28 23,6	Satis parva, circularis; medium versus gradatim clarior. 30" aut 35" in diam. sua. ∗ 13. 14 magn. seq. $5^s,8$ quasi $^1/_4{}'$ ad boream	260
		12 52	23,3	Leviter oblonga, minutula, in meditullio paullo luminosior; non admodum debilis aëre crasso. — ∗ 13 hor. (non utique 15 m.) $5^s,6$ post nebulam, perpaullo borealior. Priores observationes cum nostra paene concordantes	380
II. 322 = I. 90	1186	12 13 5	+ 30 3,6	Luminosa, perfecte rotunda; 55". Ejus nucleus = ∗ 11 magn. Ex observationibus meis Lipsiae habitis nebulae locus fere idem prodit, qui hic. — Minor ac minus egregia nebula seq. $14^s,0$ 2' ad bor. — Marthius ponendum putabat I. 90 = II. 322, sicuti II. 323 = II. 377, quae hypothesis ex omni parte mihi multum arridet	80
		13 5	3,2	Magnifica, grandis, rotunda; ejus nucleus = ∗ 10. 11 magn. — Alia neb seq. cum differentia AR^{ae} = $14^s,8$, declinationis = 90" ±	30
		13 7	3,3	Nitidissima, rotunda; 40" circiter comprehendit. Nucleus non infra fixas 10 magn. Subinde alia neb septentrionem versus, 14^s post	164
		13 7	3,5	Lucidissima, subgrandis, paene rotunda. Nucleus non infra fixas 10. 11 magn. Inter hanc et eam, quae mox ad boream insequitur, in AR $14^s,3$ in declinatione 90" ... 100"; deinde tertia. — Marthii conjecturam recepit Herschelius II in Catal. Gener.; est indubie recte. Aliter disponuntur hae nebb apud Auversium in Catal. Herscheliano	379
		13 8	3,8	Nebula duplex. Princeps rotunda, clara, majuscula. Comitatur eam alia nebula, minor ac debilior, cum differentia AR^{ae} = $13^s,8$ declinationis = 102". Utraque curate observata Manhemii anno 1862	110
II. 573	1187	12 13 16	+ 6 9,5	Extima e quinque secundae classis nebulis. Haec non utique debilis, forsitan elongata. Stella duplex ex vicinioribus exstat $5^1/_2{}'$ ad austrum	36
		13 16	9,9	Luminosa, subgrandis; manifesto 1 classis; Luna lucente. ∗ duplex seq. $8^s,4$ 326" ad meridiem. Stella est h. 2609 pag. 38 Actorum Societ. Astronom. Londin. vol. VI, nondum a quoquam dimensa	101
		13 16	9,7	Parva, satis clara; ejus nucleus = ∗ 13. 14 magn. — Locum saepius hac nocte scrutatus sum. est omnino tutus. — Neb in Catal. Gener. II. 573 = II. 569; priorem memorat etiam Auversius. Schönfeldus denique hac, praeter reliquas, II. 571 referendum esse putat, mutato declinationis gradu. Acute fortasse. etenim neb C. G. 2856 nunquam ego repertam habui	102
		13 19	9,5	Bene conspicua. Luna in Coelo versante. — Juxta hancce conspicor plures alias nebulas	28
		13 20	9,2	Pallida atque extenuata; gaudet nucleo. ∗ duplex seq. $4^s,9$	

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox
				6ˢ ferme ad austrum. — Multae aliae nebulae pariter cum hac sub adspectum veniunt. Adnotatio. Cuncta regio magnis difficultatibus scatet, quas nec removit nec minuit Catal. Gener. Rem hic pertractare longum et supervacaneum	22
II. 377 = II. 323	1188	$12^h\ 13^m\ 19^s$	$+30^\circ\ 5',6$	Comes est nebulae I. 90. Moderate lucida, valde diluta circa marginem; 40″. — Videsis adnotationem meam ad nebulam h. 1186	80
		13 20	4,8	Lucida, parva, rotunda, h. 1186 comitans. Situs relativus nequaquam mutatus. ∗ 14 ord. seq. 12ˢ	30
		13 21	5,0	Trium intermedia, pusilla, rotunda, debilis. Diametrus quasi 18″. Cernitur etiam minoribus tubis, licet difficulter ob parvitatem. — Marthiae et Schönfeldae secare sequendi; in Catal. Gener. nihilo secius II. 323 a II. 377 adhuc segregatur. Ergo igitur expungatur C. G. 2859	379
		13 22	5,5	Minuta, debilis, rotunda. Comes est neb h. 1186. Differentia Asc. R. per amplificationem 226 = 13ˢ,76. Adhibita amplificatione 95 neb non usque adeo debilis apparet, formaque circulari; ΔAR = 14ˢ,12	110
III. 300	. . .	12 13 42	+30 7,0	Admodum obscura et opaca; majuscula, subrotunda. Locus non male cum pristino concordat. Est trium vicinarum pallidissima, extima. Quam Catalogus Gener. in ea plaga Rossio tribuit, ea etiam ad hanc nebulam referenda est sine dubitatione. haerebat tamen Herschelius II. Deleatur C. G. 2863	379
III. 726	1191	12 13 48	+47 3,0	Subobscura, exigua; ex stellis consistere videtur. Loci pulchre inter se conveniunt. — Solutio brevi post probabilior . . .	377
		13 53	3,2	Pallida et obscura; grandis, irregulariter terminata. Est acervus, ut opinor; non tamen dissolvitur nitide per amplificationem 226, — oculo scilicet valde hebetato. Semel tantum „solubilis" Herschelio II; Rossiano telescopio non lustrata	134
II. 805	1193	12 14 3	+58 51,8	Satis languida, grandiuscula, 50″ circiter. ∗ 9. 10 magn. Catal. Radcliff. 2849, duarum praecedens, sequitur nebulam per 87ˢ,97 37″,0 ad austrum, juxta 8 mensuras. Ex stellae observatione in meridiano habita jam provenit nebulae positio media pro initio anni 1861,0 AR = $12^h\ 14^m\ 3^s,19$ Decl. = $+58^\circ\ 51'\ 52'',4$. Rectascensiones Herschelianae a mea observatione discedunt; Catal. Gener. habet AR 13ᵐ 51ˢ, Herschelius I juxta Auversium 13ᵐ 45ˢ. Num motu cietur proprio?	128
		14 3	51,9	Sublustris, rotunda, grandiuscula, cometaris, nucleo nullo. Ex iterata observatione AR 14ᵐ 4ˢ, declinatio 52′,0	373
		14 5	51,9	Majuscula, sublustris — etiamsi perquam maligne visa per spissiores vapores. — Quae hanc praec. 23ˢ, III. 798, mihi nondum visa, quemadmodum etiam desideratur apud Jan. Herschelium. nulla tamen dubitandi causa	378

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
I. 275	1192	12h 14m 7s	+ 76° 8',6	Pusilla et languida; rotunda. Sita est in ambitu quadrilateri ad angulum bor. occiduum. * 11 magn. (trium ferme parium borealissima) seq. 24s,2. * 14 magn. (non imbecillior) praec. neb 6s,0	378
		14 8	8,6	 Clare, minuta, circularis. In ambitu trapezii stellarum 11 magn. inter proximam ac nebulam invenio 24s. * 15 hon. haeret apud praeced. nebulae limbum, nonnisi 18" a centro remota. Delineationem subjungo	361
		14 12	8,1	Rotunda ac debilis. cubito longo clarior, cum disculo perlucido in medietate. * 14 magn. (non vero 15. 16) praec. nucleum per 6s,7. * 12 magn. seq. 24s,3	368
II. 61	1197	12 14 12	+ 12 17,1	Longa 90" aut 100"; gracilis, subclara. Apud apicem borealem * 19 magn. Nebula duplex. comes seq. in eadem fere declinatione cum differentia AR^{is} = 23s,6	246
		14 12	16,7	Satis tenuis, licet in medietate pauxillo clarior. Augusta, 2' ferme longa. Ad apicem bor. * 17 magn. „star in north preceding extremity" Rossius a. 1852. Subsequitur alia neb 24s ... 25s	253
. . .	. . .	12 14 13	+ 28 56,3	Pertenuis, pusilla ac visu neutiquam facilis. Confirmata ad amplificationem 226	165
III. 92	. . .	12 14 23	+ 7 25,6	Una e debilissimis; minima et perdifficilis. Confirmata ad amplificationem 231. — Paullo post revisa: visu jam facilior; comes vero, si tale quid existit, me fugit. est autem dubia neque ab Astronomo quoquam hucusque confirmata. — E prisca observatione idem fere locus, qui hic, deducitur . . .	164
II. 111	1198	12 14 30	+ 15 22,2	Grandiuscula, irregularis, longula, sublucida; 70". Duarum praecedens. * 13 magn. seq. 42" a nucleo elongata. — Nocte hiemali solveretur ea neb absque dubio, quemadmodum etiam antehac primus inventor se solutionem observasse asserit	182
		14 32	23,0	Subclara, majuscula, leviter elongata; terminatio quodammodo irregularis. Praepropere capta inter nubes et per crassiores vapores, post occasum Lunae. * 13 magn. proxime a limbo orientali. — Alia neb post hanc 9s aut 10s ad summum . .	380
II. 572	1201	12 14 35	+ 6 9,6	Pusilla, debilis, aliquantulum oblonga. Nebb h. 1190 et 1194 in rerum natura non exstare videntur, ut recte monet Schönfeldius; receptae tamen in Catal. Gener. — Haec omnibus indubitate II. 572; observata insuper Manhemii	102
II. 62	1200	12 14 36	+ 12 16,5	Grandior, licet parum lucida; aliqualiter rotunda, nucleo carens. Ejus diam. 65" circiter. Egregior neb antecedit fere 23s,6. — Anno 1784 ambae aeque pallidae, locis confusis	246
		14 37	16,2	Subrotunda, subgrandis; 80" aut 90". Nuclei ignara, paullo autem compactior circa medium. Est debilior quam II. 61, quae 25s antecedit in eodem proxime parallelo. Tertiam restare monet Rossius	253

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
II. 112	1199	12h 14m 38s	+ 15° 21′,6	Nebulae duplicis seq. in parallelo. ΔAR 10s,2. Valde oblonga; debilis ac visu, lucente Luna, satis difficilis. 2′ circiter. Annon dissolvatur?	182
		14 41	22,6	Vix reperibilis hoc mane propter vapores et aërem nubilosum. Sequitur juxta H. II. 111 circiter 9s,5 quasi in eadem declinatione	380
M. 61 = I. 139	1202	12 14 49	+ 5 15,1	Grandis et satis luminosa. Ejus nucleus = ∗ 13 magn. (14 m.) cum nimbo nitido, circulariter rotundo, circumcirca diffuso. ∗ 17 magn. praec. 6s,3 circiter in eodem parallelo. — Non animadverti ea nocte debilem elongatamque neb, quae secundum Rossium ab hac 10′ ad austrum; Catal. Gener. ad num. 2884. notulam Rossianam equidem non capio . .	102
		14 52	15,2	Admodum clara, praegrandis, diam. 3′ aut 4′; aliqualiter rotunda. ∗ 11 magn. seq. 36s,3 quasi 75″ ad boream. — Nebulae positionem invenies apud Schönfeldum; equidem tunc neque duplicitatem neque alius cujusdam nebulae praesentiam notavi	30
. . .	1203	12 14 55	+ 13 30,9	Subgrandis et subopaca; oblongo-ovalis. Est australis praecedens duarum fere aequalium. Distantia 2¾′ taxata; differentia ARae 2s . . . 3s	258
		14 56	30,4	Subgrandis et subobscura; oblongo-ovalis cum nucleo admodum gracili; 80″. Habet comitem Herschelio II inconspicuam, quanquam ambae nostro propemodum pares claritudine. ΔAR = 1s,5	255
. . .	. . .	12 14 57	+ 13 33,6	Grandiuscula, longula, pallida. Borealis sequens nub duplicis. ΔAR = 2s,5 satis praecise. Neb principalis (h. 1203) 2½′ meridionalior; in obs. Rossianis neutra occurrit	258
		14 57	32,8	Duplex. Nebulae principi h. 1203 per omnia similis praeter magnitudinem. Diametrus 60″ ±. Perpallida, visu et observatu non neque adeo facilis	255
		14 58	33,4	Certitudinis gratia eadem nocte iterato. Immota manet; obtutu nunc facilior ob amplitudinem suam	258
II. 378	1205	12 15 26	+ 29 59,1	Debilissima ac vix adspectabilis — Coelo quidem nentiquam adnuente. Locus ideo non satis tutus; neque etiam Herschelianae positiones certae omnes. nihilominus non male inter se conveniunt	80
		15 28	59,0	Debiliter visa (post occasum Lunae) propter Coeli inclementiam. Neb grandiuscula, subrotunda. — Ob aëris statum vicina h. 1206 non prodiit in conspectum	380
		15 30	58,9	Pallida; haud neque adeo minuta. ∗ duplex exstat 4′ ad meridiem. — Anno 1785 tenera „faint“ — Herschelio II vero c. 1827 semel lucidissima „very bright“; num haec non perpetuo sibi similis manet? Observatio dat grad. decl. 28, quod mutatum.	164
II. 628	1209	12 15 27	+ 16 18,5	Longissima; 30″ lata, 3′ longa. Circa medium aliquantulum clarior, genuino nucleo vero carens. Micat luce satis debili ob Lunam et crepusculum. ∗ duplex seq. 2′ a centro elongata	182

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
		12h 15m 28s	+ 16° 18',4	Subclara, gracilis, perlonga; nucleo delicato = * 16 magn. In ipsa nebula, a parte boreali, conspicitur * 17 ord. Coelo valde turbato	175
		15 29	18,5	Stria luminis, debilis, perlonga. 2' ad minimum — visa per vapores. * duplex seq. 2¾' a nebula remota	174
I. 76	1204	12 15 31	+ 30 40,2	Nitida et insigni splendore cum nucleo distincte perlucente. Fixa quaedam magn. 12 praevia 6s,0. Neb non utique rotunda; cernitur etiam tubis minoribus	330
		15 32	40,4	Pulchra et venusta neb, grandiuscula, paullum elongata (interdum etiam subrotunda). * 13 ord. praec. 6s,7 ad boream versus, distans a neb circiter 1½'. * 14 aut 15 magn. in ipsa nebulositate e parte sequente — diceres nebulam esse duplicem	380
		15 33	40,4	Eadem nocte iterum: longula, subgrandis, nucleata. * 12 13 magn. transit ante neb 6s vel 7s. — AR apud Herschelium I 13s major aut 14s (in edit. Auversiana vitiosa — 19s); Herschelius II plane mecum facit	330
		15 33	40,3	Clara atque insignis, longinscula. Neb directa versus fixam 13 magn; quam 5s,8 praecedentem ac quasi 1' borealiorem deprehendo. Nebulam primae classis esse existimo etiamnunc	80
II. 63	1207	12 15 31	+ 12 34,8	In longum extensa 150"; angul. posit. 135°. Multo clarior circa centrum, compluseulis punctis praelucentibus. Non utique „extremely faint," ut semel apud Jun. Herschelium.	261
		15 32	34,6	Gracilis, debilis, longa 160" . . . 170". In medietate haud paullo lucidior cum nucleo et aliqualiter solubilis	258
		15 34	34,4	Nebula instar gracilis lineolae; 3' longa, luce satis debili. Circa medium fit desubito longe clarior. ostendit nucleolum	253
		15 36	34,5	Longa 110" ad minimum. Subobscura, licet in medio paullo luminosior. — Solubilis juxta Catal. Gener., silente Sen. Herschelio; equidem nil certi annotatum habeo. In locis interim dissensus nullus	336
I. 276	1210	12 15 38	+ 76 5,9	Non utique parva, diluta, oblonga et quidem irregulariter. In meditullium paullo lucidior. visitur in campo una cum h. 1192. Neb h. 1220 inopportunâ nocte non inventa	378
		15 41	5,8	Tenella, rotunda; primae classis nullo pacto. Lucidior quaedam neb, ad septentr. praevia, ab hac 6' discreta. Haud paucae imbecilliores fixae circumstant. Neb haec trium inter media. Junioris Herschelii obss. perpulchre confirmatae, prisca positione pauxillum quid declinante	361
		15 47	5,8	Grandiuscula, aliqualiter irregularis; classis secundae. Plures fixae admodum minutae in proximitate circa sunt. II. I. 275 pariter cum hac in campo, praevia 93s praeterpropter	368
M. 100	1211	12 15 44	+ 16 35,3	Haud ita debilis; 5' longa, sensim clarior medium versus. Ejus nucleus fere acquat * 11 magn. — Neb. II. 84, cujus AR incerta adhuc, non animadversa fuit — Luna in Coelo versante	182

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
		h m s 12 15 44	° ′ + 16 35,5	* 11 magn. nimbo illigata, cujus diametr. 2′ comprehendit. * 14 magn. praec. 12s,2 — omnia perperam visa per nubes, quapropter II. 84 neglecta fuit	164
. .	. . .	12 15 49	+ 11 18,9	Opaca et minutissima. Aemula est ejus, quae 9s,6 serior; Neutra obvia in praedecessorum Catalogis. * 17 bon. praec. 5s,6 in eodem parallelo	255
		15 51	19,4	Opaca ac minutula. Erat Coelum interdum nonnihil vaporosum. Neb propediem revidenda. Est duarum inter se consimilium austr praec.	253
		15 52	19,1	Perpusilla — nihilominus manifesta et indubia. Minutis aliquot fixis stipatur. Confirmata amplificatione 158. Alia neb subsequitur 9s,4 boream versus	264
		15 53	19,3	Perparva, indubia. Confirmata amplificatione 158. Subsequitur alia huic per omnia similis 5′ ad septentr.	263
.	. . .	12 15 58	+ 11 23,3	Neb duplex. Haec bor. seq.; inter ambas 9s,6. Subobscura, perpusilla, subrotunda.	255
		16 0	23,5	Minutissima, dubilissima; visu non utique facilis. Nebulae compositae bor. seq. Novarum mearum in Actis Astronom. vol. LXV 249ae	253
		16 2	23,1	Valde exigua, leviter ovalis. Verificata per amplificationem 123 itemque 158. — * 15 bon. subinde	264
	.	16 2	23,7	Visu difficilior; opaca, irregularis. Praecedit alia ad meridiem; differentia ARae — 9s,4. * 16 magn. seq. 7s,6 proxime in eodem parallelo	263
. .	. . .	12 16 1	+ 6 1,3	Clara, minuscula, aliquantulum elongata. * 10 bon. seq. 14s,3. In hanc ipsam nebulam incidit quoque Schönfeldus, die 1 Apr. 1862; Obss. Manhemiensium pag. 42. Catal. Gener. 2892	36
		16 3	1,0	Luminosa, rotunda, cum nucleo satis conspicuo. Primae classis nebulis aequiparanda. * 10. 11 magn. seq. 14s,1 ad boream 85″	28
		16 4	1,1	Parva, longiuscula, satis conspicua. * 11. 12 bon. seq. 14s,1.	27
		16 4	1,2	Bene adspectabilis, fortasse elongata. Medium nebulae utique clarius. * 11 bon. seq. 14s,5, 75″ ad septentr. Nebula nondum a quoquam observata — 1862 Mrt. 4	22
II. 141	1213	12 16 8	+ 6 50,8	Pallida; duarum praecedens ac debilior; alteram fuisse h. 1215 existimo. Egregior neb h. 1222 subsequitur in 5′ distantia in eodem proxime parallelo; observare eam non licuit . . .	233
. . .	. . .	12 16 11	+ 12 7,9	Tenella flaccola — non conspicabilis nisi Coelo omnino purissimo. Ejus longitudo 3′ exsuperat. * 10 magn. praec. 14s,5. * 11 magn. seq. 4s,0 — utraque borealior nonnihil.	255
		16 13	8,3	Pertenuis, oblonga. * 10 ord. praec. ad boream 3½′ distans satis rigorose. — Novarum mearum in Actis Astronom. 251me	258
		16 13	8,2	Perlonga quidem (240″ aut 260″), sed peropacae lucis et visu admodum difficilis. Exstant in vicinio ejus 2 fixae magn. 10 et 11 ad septentr. versus, altera praec. nebulam, altera sequitur; utraque in 3′ elongatione	253

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
II. 142	1215	$12^h\ 16^m\ 16^s$	$+\ 6^\circ\ 49',6$	Obscura, majuscula, valde diluta. ∗ 11. 12 magn. praec. $8^s,8$ in nebulae parallelo. — Herschelius I hujus regionis nebulas non singillatim recensuit, quo fit, ut positiones conferri nequeant	26
		16 17	49,2	Nebula. ∗ 12. 13 magn. praec. 9^s in parallelo circiter. — Visio perquam confusa ex aëris inquietudine	27
		16 19	49,0	Debilissima, minutissima — Coelo scilicet haud annuente; tertiae classis e pallidioribus. ∗ 11 ord. praec. $9^s,8$. Adnotatio: Ex his obss. manifesto elucet, neb h. 1215 m. Apr. 1862 fuisse trium vicinarum opacissimam. reliquae sunt h. 1213 et 1222. Idem omnino, tempore eodem, curate notavit Schönfeldus (fasc. I. pagg. 44 et 113). Credas rem aliter se habuisse m. Apr. 1830 — sed non pro certo habendum	33
II. 847	1216	12 16 15	+ 66 37,3	Magna et moderate lucida; circularis, diametrus = 45″. ∗ 11. 12 magn. seq. 20′ paullulum ad boream; densatur sensim medium versus. — Coelo serenissimo. 1861 Octobr. 4.	. . .
		16 17	37,2	Propemodum rotunda, tenera, cometae similis. ∗ 11. 12 magn. seq 105″ distans ac paullo borealior. Differentia ARes $20^s,0$. Sec. Herschelio AR 27^s major, verum in Catal. Gener. nostrâ 9^s minor	373
		16 18	37,1	Clariuscula; 45″. Non omnino rotunda; magnitudinis modicae, puta 40″. In meditullium paullo clarior. ∗ 11 magn. seq. $19^s,7$ 41″ ad septentr.	368
		16 19	37,0	Longula, majuscula, tenera, irregulariter terminata. ∗ 12 magn. seq. $19^s,4$ ad septentr. 33″	376
II. 806	1217	12 16 23	+ 59 12,4	Sublucida, majuscula, non omnino circularis; luminosior in medietate cum nucleo notabiliore. — Neb AR Herscheliis minor 10^s aut 11^s; neque tamen nostrae nimis fidendum. Declinatio a. 1789 abundat insuper 2′	380
		16 24	13,0	Omnino non insignis, pusilla, oblonga leviter. Nucleus fere aequat ∗ 13 magn. ∗ 12 hon. seq. $23^s,5$ 4′ ad austrum.	367
. . .	. . .	12 16 28	+ 29 59,6	Subobscura, longiuscula; cometaris ac visu satis difficilis ob crepusculum. Locus nondum comprobatus	110
II. 406	1219	12 16 29	+ 20 11,9	Rotunda, majuscula; parum lucida. ∗ 10 magn. seq. $5^s,4$ . . . $5^s,35$ 3′ distans versus meridiem. — Ad annum 1785 notatur „small neb joined“; equidem nullam comitem conspexi, neque confirmatur duplicitas notationibus Herschelii II.	265
II. 143	1222	12 16 29	+ 6 51,0	Rotunda, perbene visibilis per vapores; 2 classis nebula. ∗ 11 magn. seq. $0^s,5$ exsistens 85″ ad austrum	33
		16 29	51,2	Primae fere classis, circularis, leniter multo clarior medium versus; de tribus extima, lucidissima. talis etiam annis 1784 et 1830 atque aliis crebrius. Una in horario cum ∗ 10 hon. 78″ meridionaliore	233
		16 31	51,0	Grandiuscula, rotunda, modica. ∗ 11 ord. in eodem horario 90″ circiter ad austrum	26

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
		$12^h\ 16^m\ 32^s$	$+\ 6°\ 51',0$	Notabilis, tertiae manifesto classis. * 11 magn. exstat 2′ ad austrum. Alia nebula, eaque debilior praecedit	27
		16 32	51,1	Rotunda, subgrandis, clarior in centro; classis fere primae cum nucleo = * 13 magn. Diametrus 45″ . . . 50″. * 11 magn. seq. 1^s ad meridiem 86″. * 8 magn. Lalandii 23206 (W. XII. 264) seq. $36^s,3$ ad austrum 388.″ — Neb observata Manhemii, nuperrime etiam Upsalae (Actor. Astronom. vol. LXV pag. 69)	381
III. 94?	1223	12 16 32	+ 7 44,0	Pallidissima, difficilis animadversu, fugiens magnoque requirenda conatu, aëre existente valde turbato. — Quaenam sit de tribus III. 94, 95, 96, anno 1784 detectis, non constat. Duae reliquae ob statum Coeli visum effugerunt, quemadmodum etiam Juniori Herschelio evenit et ipsi detectori quondam	27
II. 85	1212	12 16 32	+ 17 29,2	Rotunda, majuscula; nucleus non infra * 11. 12 magn. Subsequitur alia nebula, ΔAR $23^s,3$. — Hujus et proxime insequentis neb II. 86 AR^{as} plane diversas exhibent Herschelii; Catal. Gener. habet $16^m\ 4^s$. Neque etiam ambarum habitus cum pristina descriptione congruus	182
		16 33	29,7	Clara, minuta, rotunda, egregie cum nucleo. Alia neb subsequitur cum AR^{ionum} differentia = $22^s,8$. — Anno 1784 „the preceding bright, the following faint;“ 1832 et nostro tempore adspectus contrarius. Transpositis verbis omnia aliqualiter cum Coelo quadrarent. AR^{is} in Catal. Gener. relatis addas de caetero 30^s.	164
I. 210	1225	12 16 39	+ 47 45,8	Venusta nebula; admodum conspicua, grandiuscula; 60″ vel 70″ longa, lata vix ultra 30″. Extemplo multo clarior in centro; seu forte rectius cuita stria luminis per fixam 12 ord. traducta. * 6. 7 magn. Leland. 23159 = Argel. 12583 anteit 93^s ad septentr. 685″ (idem ferme Rümkorus in Actor. Astronom. num. 1508). Proinde neb AR = $12^h\ 16^m\ 39^s,6$ Declin. = + 47° 45′ 51″. Ejus diagramma videndum in Philos. Transact. 1833 — talis ea neb nobis etiam adhuc hodie apparebat. Rossio econtra centrum globosum	134
II. 86	1221	12 16 56	+ 17 28,1	Lucida, longula; 35″. Ejus nucleus clarissime affulget. Alia praevia; ΔAR = $22^s,8$ ΔDecl. 90″ $\pm$; haec vero ambarum lucidior. Videas praeterea, quae ad h. 1212 circa habitum adnotata sunt. AR^a in Catal. Gener. augenda 30^s . . .	164
		16 56	27,8	Duarum sequens; aliquantulum lucidior quam ea, quae praec. 24^s (II. 85); 55″ longa. exhibet nucleum * 10. 11 magn. similem. Secundum Sen. Herschelii descriptionem nebulam minorem debilioremque exspectaveram	182
. . .	. . .	12 16 55	+ 12 58,7	Debilis, majuscula 30″ . . . 45″. Forma est irregulari, subrotunda; in meditullio quodammodo stellaris.	258
		16 56	58,1	Grandiuscula, leviter ovalis; tertiae classis. Nuclei immunis. Haec antecessores nostros omnino latuisse videtur.	255

Senioris Herschelii class. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
		$12^h\ 16^m\ 56^s$	$+12^\circ\ 58',3$	Minuta, ovalis, subobscura. * 16 magn. propinqua septentrionem versus. Nucleus, si quis est, perquam debilis et exiguus	259
		16 57	59,0	Subobscura, longula; 40″, seu forte 45″. In medietate tantum pauxillum quid clarior, nec tamen nucleo plane caret	261
		16 59	58,8	In crepusculo vespertino distincte et aperte visa. Est elliptica, majuscula, classis secundae	262
. . .	. . .	12 16 56	+ 11 58,7	Tenuis, rotunda; 30″ fere. Paullo clarior in meditullio; solutionis suspecta, punctillis debiliter intermicantibus. * 14 ord. in propinquo praevia	255
		16 59	59,1	Haud usque adeo languida; ad formam appropinquans rotundam. * 13 bon. anteit 7^s	258
		16 59	59,3	Longula, classis secundae. Visuntur in ea sparsim aliquot puncta lucidiora, quod generatim satis certum dissolutionis indicium est. * fixa propinqua, mediocri intervallo praevia	246
I. 30	1232	12 17 24	+ 8 5,6	Nitidior, circularis, lucidior medium versus; 40″. * 11 magn. 3′ distans praecedit. 1857 Febr. 20	. . .
		17 24	5,4	Illustris, forma ad sensum circulari; subito multo lucidior in media parte. * 11 magn. praec. ad boream 3½′ a neb elongata distantia taxata rudius. Neb observata nostro tempore soluta Lipsiae et Manhemii	29
		17 27	5,7	Magna, perlucida, densior utique in centro. * 11. 12 magn. praec. $10^s,9$ 2′ ad boream. — Vicinam nebulam III. 97 locis diversis exhibent Auversius et Herschelius in Catal. Gener.; nos latuit usque hodie	33
III. 799	1230	12 17 31	+ 59 9,3	Exigua et perobscura — ob situm nimis declivem. Aurora borealis noctem et campum illuminabat. AR legitur in Catal. Gener. $17^m\ 12^s$, eadem prorsus apud Sen. Herschelium. — III. 800 statim post ad austrum	367
. . .	. . .	12 17 34	+ 12 56,6	Multo minor ac pallidior (itemque meridionalior) quam ea, quae 35^s praec. Pusilla; admodum obscure visa in luce crepusculari	262
		17 35	57,3	Satis tenuis, rotunda, minutula. Stellula quaedam praevia. Neb verificata amplificatione 231	258
III. 800	1233	12 17 35	+ 59 7,7	Perpusilla et admodum obscura; duarum seq. australis Eodem modo utrique Herschelio „extremely faint". * 16 bon. 33″ ad meridiem versus. — Altera est III. 799; III. 801 contra non satis distincte visa in tanta humilitate juxta culminationem inferiorem, nitente insuper Aurora boreali. Subsunt autem nonnullae alias nebb, ad aptius tempus reservandae	367
I. 166	1234	12 17 44	+ 40 8,9	Parvula, rotunda. Habet nucleum ad instar stellulae — * 12 bon. * 11. 12 m. praec. $2^s,5$ 2⅓′ circiter ad meridiem. — Neb subclara quidem, signatura „very bright" tamen aegre digna. Solutionem non notavimus.	279

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nos.
I. 22	1235	12h 17m 49s	+ 12° 28',4	Subclara quidem, sed primae classis non temere; rotunda. Mala ac tumultnaria visa ob nubes statim supervenientes . .	164
		17 50	28,7	Sublucida, longula; nucleum exhibet = * 11 magn. Haec mihi alias semper rotunda visa; itidem Herscheliis. caeteroquin immutata inde ex a. 1784. Diametrus 40" circiter	336
		17 50	29,2	Rotunda, lucida, 55". Gradatim longe clarior versus medium; in ipso centro = * 11. 12 magn.	261
		17 51	28,4	Insignis et praeclara, paene circularis. Ipsius nucleus = * 11 bon., excentrice quodammodo in parte seq. positus; neh primae classis fortasse adhuc hodie. Ad amplificationem 231 transmieant stellulae aliquot	253
		17 51	28,5	Grandiuscula, Herschelio I „pretty small“, luminosa, rotunda. Habet nucleolum = * 12 magn.; propterea in primam classem adsciscenda etiamnunc	258
II. 144	1236	12 17 54	+ 8 12,8	Aegre adspectabilis ex clarore Lunae; attamen vix (ac ne vix quidem) secundae splendoris classi adnumeranda est. Juxta Catal. Gener. AR 17m 49s	29
		18 0	13,0	Debilis, nequaquam 2 classis. Efformat triangulum cum 2 fixis ad boream jacentibus. — III. 97 me latuit; latuit etiam Herschelium II et Rossium. Res digna est, quae denuo idque accuratius inspiciatur	33
M. 84	1237	12 18 0	+ 13 39,5	Res valde nitida. Propemodum rotunda nebula, densior gradatim ac clarior medium versus * 10 magn. praec. 7' a nebula distans. Alia nebula eaque minor ac pallidior proxime subseq. ad meridiem	164
		18 1	39,6	Egregie lucida; diametrus capit 3' ad minimum. Nucleus praefulgidus. Ejus locus Lipsiensibus nostris necnon aliorum observationibus accuratissime definitus; videas obss. Manhem., Regiomont., Upsalienses	255
		18 1	39,2	Splendens, grandis, rotunda. Clarius micat ejus nucleus quam stellae 10. 11 ord. Cernitur etiam tubo quaesitore 36'''	101
I. 12	1239	12 18 9	+ 15 32,2	Minutula, subtenuis, omnino rotunda. Secundae classis nebula, extemplo longe clarior in medio. Ex stellulis eam constare equidem vix crediderim	162
		18 10	31,8	Pusilla, sublucida; habet nucleum stellarem claritudine fixae 12 ordinis. Seniori Herschelio solubilis. nec Herschelius II nec Rossius tale quid memorant	258
II. 87?	1240	12 18 9	+ 16 22,6	Parparva, subclara, stellaris, circulariter rotunda. Hanc II. 87 esse, credere verisimile est, nulla discrepantiarum habita ratione; licet etiam Herschelii II locus a nostro differat, quoad ARam 7s et declinationem 1' 36". — Ante erat „nova“; idem putabat Auwersius. equidem Catal. Gener. secutus posui II. 87. Exstat interea adhuc alia neb in AR 18m 55s, ad priscam Herschelianam propius accedens	259
		18 11	22,9	Primae classis, regulariter rotunda et in meditullio densior. — Non clare visa ob aëris caliginem nubesque. Observaveram autem declinationem 16° 37',9, quam mutavi. (recte)	175

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
		12h 18m 11s	+ 16° 22′,8	Minuta, clariuscula, cum nucleo stellari = * 12 magn. Nebulae h. 1239 haec consimilis. Ego haereo, an II. 87, quod et Herschelius II in Catal. suo Gener. comprobare videtur. Alia neb proxime subsequitur, hâc longe opacior . . .	258
I. 123	1228	12 18 12	+ 5 42,0	Lucida, rotunda, 30″; splendente Luna. * 9 magn. Besseliana seq. 1½′ ad austrum 12′,1 post neb. In Catal. Gener. AR apertissima falsa	29
. . .	1241	12 18 17	+ 10 47,6	Non utique perdifficilis observatu; majuscula, 50″. Forsan paullulum oblonga. * 16 magn. in eodem ferme horario 2′ ad austrum. — Neb eodem loco primo inventori	40
M. 85	1242	12 18 21	+ 18 57,4	Magna luce, globosa. * 14 magn. seq. ad boream 40″ a centro distans. — Alia neb immediate sequitur (H. 55); utraque observ. olim Lipsiae	29
		18 21	57,4	Admodum lucida, rotunda; circa medium fortiter densatur. * 9 magn. seq. 8s,86 129″ ad austrum. Nebulam comitatur ad boream * 12 hon. subsequens (quasi in eodem horario). Praesente Luna	111
		18 23	58,2	Clara, rotunda. Apud marginem borealem conspicor * 13 magn. sequentem, ΔAR = 1s,4 (Herschelio II olim videbatur eadem stella praecedere nebulam). * 9. 10 magn. seq. 8s,9 2′ proxime ad meridiem. Neb et lucida fixa occurrunt in observ. Bonnensibus vol. III pag. 352, illa tamen ceu fixa ord. 9,5	162
		18 24	57,7	Perillustris, praegrandis, rotunda — visa per albicantes nubeculas, a Luna collustratas. * 13 magn. exstat 40″ rigorose ad boream; * 9. 10 magn. seq. 9s,5 125″ meridionalior. — Neb tubo quaestore 42‴ facile percipitur.	96
I. 277	1247	12 18 30	+ 76 17,5	Majuscula, debilis. ejus nucleus non supra fixas 13 ord. Haec de tribus vicinis extima; ejus declinatio apud Herschelium I paullo minor	361
		18 35	17,9	Minutula, sublucida; primae classis una de debilioribus. Nucleo tamen luminoso = * 12 magn. Hanc neb cumulum esse credas, nimis tamen compressum quam qui in stellas solvatur	354
		18 41	18,0	Parva, circularis, tenera classis secundae. Diametrus = 20″. Duae stellulae ord. 13 et 14 prope ad meridiem. Contra Herschelio I lucidissima „very bright"; Herschelio II „pretty bright", semel etiam „bright". mirum sane	368
II. 167?	1250?	12 18 36	+ 13 34,5	Propemodum rotunda, subclara; 20″. Secundae classis. * 13 magn. praec. 2s,6 80″ ad bor. proxime. — Si haec est Herscheliana, numeri in Catal. Gener. relati apertissime falsi sunt in AR aeque ac declinatione	255
		18 38	34,0	Parva, circularis; 17″. * 14 magn. praec. 2s,8 75″ ad septentrionem. Haec forte una de nebulis Rossianis, ad h. 1237 adnotatis, quarum in Coelo positiones hucusque ignoramus. — Postea satius duxi ponere hanc h. 1250	253

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indolas.	Nux.
		h m s 12 18 38	° ′ + 13 34,7	Pusilla et subobscura (15" circiter). * 13. 14 ord. praec. ad boream 90" distans. Nebula h. 1237 praevia; tertia ad manum est — probabiliter H. II. 168	164
		18 40	35,0	Parva, modica ac languens. * 12 magn. praec. 2s,8 ad boream quasi 85" remota	182
II. 168?	1244	12 18 43	+ 13 26,2	Clara et in longum extensa; lucidior circa centrum. Disci axis major 85" cum nonnullis punctillis translucentibus. Ipsa neb habet longitudinem 150". Positio in Catal. Gener. occurrens plenissime comprobata; locus autem a. 1784 observatus abundaret in declinatione 6'.	261
		18 43	26,3	Longula (in parallelum), 90" fere. Luce satis pallida micat; nucleus nullus inest — aëre tamen neutiquam favente. Locus a nebulis admodum frequens.	164
		18 43	25,9	Primae classis, perlonga ad minimum 120". * 11 magn. seq. ad austrum. Aliae atque aliae nebulae in conspectum veniunt. — Haec plaga alia occasione curatius pertractanda . .	182
		18 44	25,7	Longissima, illustris. Implet suo lumine 3' aut 4'; multo clarior circa medium. * 12 magn. seq. 2s,3 3' circiter ad austrum. — Hujus nebulae descriptiones, magnopere inter se diversae, dubitationem movent, non tamen depravatae sunt. Fieri caeterum perbene potest, ut haec sit H. II. 168, quae est conjectura Schönfeldi. Aliter vult Junior Herschelius cui dicta neb = h. 1250, loco, quem falsum esse existimo. Sequor ergo Schönfeldum dubitanter. . .	253
		18 45	25,7	Subobscura, ovalis oblonga, majuscula; nucleo carere videbatur. A parallelo axis major non adeo multum declinat. — h. 1250 suo loco non animadversa	250
III. 39?	. . .	12 18 47	+ 11 13,4	Grandis, pallida, rotunda. * 20 magn. seq., distans a limbo 1 diam. Nebulae viciniam mihi sedulo ac diligenter circumspicienti nulla alia neb in visum incurrit. est procul dubio Herscheliana	264
		18 48	13,8	Majuscula, ovalis, 45". Certitudinis gratia eadem nocte iterata. Si haec est neb Herscheliana, ut ego quidem arbitror, ejus locus olim satis erronee constitutus est. discrepat enim a nostro juxta Catal. Gener. in AR 20s, in declin. 2',9 . .	263
		18 50	13,5	Languida, majuscula, circularis. Nucleo caret. Positio satis curate definita	263
III. 852	1248	12 18 49	+ 65 42,5	Parva stellularum aliquot coacervatio, etiamsi non nitida soluta. Triangulum fixarum 12 magn., laterum inaequalium, ad meridiem praecedens prope. Eandem circumstantiam memoravit Herschelius I a. 1790	368
		18 54	42,2	Perpusilla — infra Polum; lucida nihilominus secundae classis cum nucleo satis conspicuo. Tres fixae ad austrum praecedunt in distantia 2' et 1¼'. differentiae ARorum cum neb sunt ordine 20s,2 deinde 17s,5 denique 9s,2	371
II. 55	1251	12 18 52	+ 18 58,7	Nebula, nec parva nec debilis, fulgente Luna. * 14. 15 hun. 3' ad boream. M. 85 praec. 32s accurate	29

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. neboiar.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
		12ʰ 18ᵐ 54ˢ	+ 18° 59′,4	Debilis at minuta; eanon ovalis? Erat autem tunc Luna in Coelo. * 13. 14 magn. quasi in eodem borario, 3½′ ad austrum (sic in Mac). Juxta observationem a 1784 AR 30ˢ minor foret; Jun. Herschelius facit nobiscum. Locum etiam babes in obss Lipsiensibus	162
II. 87?	. . .	12 18 55	+ 16 25,9	Obscurissima — annon dissolubilis? Verificata amplificatione 158. (Hesternam observationem huic anteferendam esse arbitror.) Posset haec etiam esse H. II. 87; attamen parum credibile est, egregiorem nebulam praeviam h. 1240 prorsus neglectam esse anno 1784	259
		18 58	26,6	Tenuis, in longum extensa 2′ aut 3′. * 14 magn. 1′ ad bor. versus. Egregior nebula ad meridiem praevia. — Pristina observatio longe a nostra discedit, in AR 12ˢ, in declin. 8′,9. Videnda nota ad num. 2951 Catal. Genar.	258
III 39?	. . .	12 19 2	+ 11 27,3	Admodum minuta, debilis; fortasse parvula stellarum coacervatio. 2 fixae 11 et 13 magn. praecedunt nonnihil austreliores, illa per 15ˢ,35, haec 11ˢ,60. Per amplificationem 226. — Si haec revera est H. III. 39, errat declinatio Herscheliana, unica observatione definita, ad 10 min. circuli, etiam nostra interim adhuc comprobanda. Nota. Biennio post repperimus tandem aliam quandam nebulam, ad austrum consitam ac 14ˢ praeviam, quaequa pro III. 39 aeque bene posset baberi; neutra tamen Herschelianis numeris plane congruunt. Prior, quae videnda supra, paullo magis eminet	108
II. 88	1254	12 19 3	+ 16 57,2	Parvula, modica, circulariter rotunda. * 9 magn. Besseliana W. XII. 379—81 praec. 40ˢ,2 in eodem ferme parallelo. .	259
		19 5	57,1	Clara, rotunda, majuscula; 55″. Habet nucleum satis notabilem. * 10. 11 bon. seq. 3ˢ,7 4′ ad meridiem	250
		12 19 5	+ 13 53,3	Perlonga (circiter in parallelum), 4′ aut 5′; licet satis opaca. Observatio omnino tuta. — Novarum mearum 149ᵐᵃ in Actis Astronom. 1500 (ubi positio nonnihil vitiosa); erat autem prius inventa a Cl. Auversio. — Visa etiam properato nocte 381	182
		19 5	52,9	Auversio primum visa m. Mart. 1862; animadversa autem suspiciose a Cl. Schönfeldo m. Apr. 1861 (Obss. Manhem. fasc. I. pag. 46, ubi incommode legitur „praec. 10ˢ“, cum tamen differentia later hanc et proxime sequentem 4ˢ non superet). — Pertenuis, perlonga; 150″ ... 180″. Brevi post: visu facilis, in longum extensa 190″ ... 210″. Neb M. 86 seq. hanc 3ˢ,8 615″ ad austrum; proinde sumpto medio ex obss Lipsiensibus ac Manhemiensibus veteris illius Messerianae, novae hujus nebulae AR = 12ʰ 19ᵐ 4ˢ,98 Declin. = + 13° 53′ 16″. Primus inventor posuit pro epocha eadem: AR = 12ʰ 19ᵐ 5ˢ,6 Declin. = + 13° 53′ 8″. In Catal. Genar. ad num. 2965	255

. . .	. . .	19^{h} 4^{m} 7^{s}	+ 0° 48',5	Anno 1845 a Cel. I. R. Hindle primo omnium animadversa, ut videre est in Actis Astronomicis Vol. XXIII. pag. 356. Hanc nebulam per spatium 16 annorum nova lucis nova loci mutationem aliquam passam esse, expertum ego habeo. — Lucida apparuit perpetuo, formâ rotundâ; gradatim densatur medium versus. * 14 magn. praec. 7^{s},8 quasi in parallelo; * 13 ord. seq. 6^{s},3 ad boream. De hac nebula videas praeterea Catalogum meum Minorem, itemque Obs. Manhemienses et Upsalienses	59
		4 7	48,6	A Clar. Hindle detecta anno 1845. Grandis est, rotunda, clariuscula; comprehendit ejus diam. 120" vel 130". * 15. 16 magn. praec. 9^{s},37 in eodem fere parallelo. * 9 magn. ad merid. praevia, differentiis 44^{s} .. 45^{s} et 105"	286
		4 8	48,2	Satis tenera ac gemmosa nebulae habitum prae se ferens. Haud plane rotunda cum irregulari terminatione, perlucentibus aliquot punctis luminosioribus. Stella duplex ex minutioribus viciniorib usque non longo a limbo praec. Praeter hanc * circumstant plures aliae fixae	339
IV. 14	2032	19 7 20	— 2 57,7	Obscura; lumine propemodum aequabili. Planetaria, circularis; diametros = 70". In centro fortasse paxillum quid clarior; genuino nucleo autem carens	193
		7 21	57,2	Admodum debilis (Coelo vaporoso) sed tuta visa; ad sensum circularis; 50" ... 60". Adspectu planetari: disculus est satis aequabiliter luminosus, nihilominus utrique Herschelio solubilis. Motus alicujus ad hanc diem vestigium nullum	112
M. 56	2036	19 11 9	+ 29 56,0	Magnus acervus innumerabilium stellularum 15, 16 ... magn. Difformis plane et facile dissolubilis. Diam. 6^{s},5 in AR. * 12 magn. inhaeret margini boreali. 1861 Octobr. 2. . .	. . .
		11 11	56,4	Cumulus, formâ irregulari, numerosissimus, valde coarctatus; comprehendit 3' circiter. * 9. 10 magn. praec. 12^{s} vel 13^{s}, distans a meditullio 2½'	284
		11 11	55,2	Innumerabilium stellarum compages; fixarum nulla 12. 13 magn. exsuperat. Forma est irregulari; ejus diametrus = 3' praeter propter. Beneficio amplificationis 356 omnino in minutas fixas solvitur. * 10 magn. praec. 12^{s},7	147
III. 743	2037	19 11 44	+ 6 17,2	Luminosa, rotunda, majuscula, lumen admodum aequabile exhibens. Disci circularis diametrus = 180" .. 195". * 9 magn. seq. 58^{s}, 4' ad austrum. Haec tertiae classis nebula haud paucis primae classis luminosior est. 1856 m. Julio .	. . .
		11 44	17,3	Debilis, satis magna ac prope rotunda. Ejus diametrus in AR = 7^{s}. * 13 ord. seq. 6^{s} ad boream in angul. posit. 37°,3. Per amplificationem 356 alia * minutissima, 16 magn., apud marginem nebulae orient.-bor. conspicitur. — Mihi haec neb non dissolubilis; Rosseo, quod demirer, aut annulus aut spira	53
		11 44	17,0	Grandior, rotunda, valde debilis ob crepusculum et Lunae clarorem. Neb^{am} nostra aetate esse supra classem tertiam, testantur evidenter Obss. Lipsienses, Manheimienses	52

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observnt. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Decliuatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox
. . .	2040	19h 19m 8s	+ 3° 15′,0	Prima trium stellarum 9. 10 magu., quem non adeo paucae minutiores comitantur. Est ista coacervatio nallius momenti	52
VI. 38	2043	19 24 55	+ 8 56,3	Rotunda, cieriascula; 35″. Ad marginom bor.-ortivum haerescit * 14 honoris. (Suspiciosa descriptio)	294
		24 56	57,0	Nebula triangularis cum tribus qaatuorve stellulis, admodum minutis et subobscure translucentibus; earum lucidissima ed angulum sequentem sita est. — Quin cumulos sit, intermixtâ qaadam nebulositata, nalla est ratio dubitaudi. Comprehendit 40″ . . 45″. * 14 magu. praec. 3s,7 ad meridiem. Amplificatio = 356	53
. . .	2044	19 32 56	+ 45 59,9	Stella duplex (12 = 12 m.) apud marginem australem alicujus conglomerationis Herschelianae. Acervus permagnus ac late patens; formâ irregulari. Diametrus fermo comprehendit 20′. Locus est stellae duplicis = h. 1427 (Mem. Roy. Astronom. Soc. vol. IV, pag. 355)	185
III. 741	2045	19 35 3	— 10 38,7	Tenera, majuscula, rotunda; in medietatem pedatentim paullo luminosior * 14 magn. praec. 3s,5 boream versus, distans quasi 1′. Herscheliorum positiones nostrae proximae . .	190
IV. 51	2047	19 36 7	— 14 28,8	* 11. 12 magn. praec. 15s,1 in eodem proxima parallelo. Neb anquet * magn. 8. 9. Comites vix adspectabiles, Coelo tunc valde nubiloso; quae accepi sunt haec: Herschelii II * A 14 m. praevia 2s,2 distans a media neb 36″. Herschelii II * B 15 magn. seq. 4s,3 ad bor. distans 52″. Nova * C 15 magn. praevia ad austr. distans 61″.	192
		36 8	29,0	Illustris neb planetaris: circularis, colore caeruleo, lumine propemodum aequabili. Per amplificationes 256 et 498 quasi latus annulus stellatus cum apertura circa mediam. — Stellulae Herschelianae ordinum 15 et 16 bene adspectabiles: * A Angul. posit. 304°9 ... 306°7; dist 33″ * B Angul. posit. 83,0 ... 82,2; dist. 50.  Diametrus dicci mihi 15″,2. 1861 Septembr. 1. In spatio inde eb a. 1826 ad usque 1831 situm relativum nebae et * A observavit Jun. Herschelius 5 vicibus, nebae et * B 4 vicibus, ex quibus pro epocha 1829,1 exit 312° et 78°. Angulorum igitur mutatio prope nulla in 32 annis apparuit	. . .
		36 8	28,9	Nebula planetaris; propemodum circularis, obscurior circa centrum. In quaestore non dissimilis * 8. 9 hon. * 10 hon. praec. 15s,2 quasi in eodem parallelo. Neb diametrus 12″ .. 14″. Formam annularem non animadvertit primus inventor. contra dicit etiam Herschelius II: „there is no central vacuity". Aliter longa legi postbac apud Roseium: „Centre rather dark", idque verissimum	52
		36 8	29,0	Nebula planetaris, visa per nubila. Non fere lucida; comites valde obscuri. Per amplificationem 226 obtinui ingruente nocte: * comes A 15 magn. Angul. posit. = 307°,3 * comes B 16 magn. Angul. posit. = 80°,5.	

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nos.
				Distantias observare mihi per nubes non licuit, sunt tamen in proportione 3 : 5, et quidem A propior, B a nebula remotior	57
		19ʰ 36ᵐ 8ˢ	− 14° 29′,0	Rapide lucis vibratione scintillat, ac facili negotio a fixis discernitur. Comitum positiones certius quam hactenus unquam, licet non sine cruciatu, mensuratae sunt in hunc modum: ∗ A 15 magn. Angul. posit. = 307° 31′ ∗ B 16. 17 magn. Angul. posit. = 81° 4′. Locum habes in obss. Lipsiensibus et Manhemiensibus; res pridem delineata ab Herschelio II ac Lamontio. Super habitu adspectuque mira quaedam protulit Cl. Secchius in Actis Astronom. num. 1018. ipsius verba haec sunt: „avec 1000 on voit une croix plus sombre dans son milieu". Quod nobis experiri volentibus ita esse nunquam visum est.	58
		36 8	28,9	Visa ut annis superioribus. ∗ 10. 11 magn. praec. 14ˢ,9 aliquantulum australior. Satellitum observationes hae sunt: ∗ A 14 magn. ΔAR = − 1ˢ,6 Angul. posit. = 312° ∗ B 15. 16 m. .... = + 4,05 Angul. posit. = 84 ∗ C 14. 15 m. .... = − 4 :: Angul. posit. = 212 Duas priores offendimus in obss. Herschelii II, qui totam apparentiam admodum scitis verbis „exactly like a planet and two satellites" appellavit. Tertia satelles hac nocte primum animadversa est; mutationis suspicionem idcirco vehementer movet	190
. . .	2048	19 36 32	+ 39 52,0	Plurium stellarum irregularis frequentia; 4′ fere capiens. ∗ 7 magn. Catal. Groombridgii 2912 = Radcl. 4420 seq. 40ˢ 3′,4 ad boream. inde rursus acervi AR = 19ʰ 36ᵐ 32ˢ,4	147
II. 878	. . .	19 40 40	+ 55 46,7	Tenuis et subobscura, moderatae magnitudinis, irregulariter terminata. Intus in nebula duae tresve stellulae distincte conspiciuntur; ipsa autem neb non fere dissolvitur. Sen. Herschelii locus nonnihil discrepat, praesertim in declinatione. ∗ duplex 3½′ ad boream	128
IV. 73	2050	19 41 6	+ 50 11,0	Splendens: est ∗ 10 magn. in centro disculi lucidissimi et plane rotundi. Ejus diametrus = 15″ ad summum; capit vero in AR 2ˢ,62. Lumine est omnino aequabili. ∗ 11. 12 magn. praec. 2ˢ,15 101″ ad austr. — Ad amplificationem 365: Fixa in medio certe simplex. Circumjecta nebula aliquantisper elliptica; lucidior nonnihil ad marginem borealem. Non atique dissolvitur in stellas, quamquam fixarum scintillat lumine	185
		41 10	11,5	Fulgens, rotunda, planetaria. Fixa 10 ord. nimbo limpidissimo ac satis regulariter terminato circumdata circulariter. Diametrus ad summum 20″. Gemina est nebulae planetariae H. IV. 37, nisi quod fixa in centro clarius elucet. Circumjectam vero vaporem, cum mirifice scintillet, e stellulis constare putem esse manifestum. ∗ 12 ord. praec. 2ˢ,8 (crassiuscule), 95″ ad meridiem. De hac nebula vide praeterea	

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nos.
				quae circa solutionem adnotavit Secchius vol. 43 Actorum Astronom. pag. 159. Locum recentissime statuit Römkerus II ejusdem diarii vol. 68	127
		. . .	. . . .	Formosissima nebula planetaris; circulariter rotunda, colore pulchre caeruleo. Fixa in ejus centro collocata clarius elucet quam in neb IV. 37, huic de caetero simillima. Per amplificationem 231 nimbus confertissimi ac coarctatissimi stellularum agminis faciem induit. Plane mecum fecit Clar. C. H. F. Petersius, qui insolitum hoc phaenomenon mecum hac nocte contemplatus est. Situm nebulae non determinavimus	128
M. 71	2056	19h 47m 29s	+ 18° 26′,0	Stellarum acervus forma irregulari Fixae sunt magnitudinis 11, 12, 13 ... — res omnino non insignis; obvia quoque in obss. Lipsiensibus et Manhemiensibus, curata novissime insuper Hamburgi et Upsalae	52
. . .	. . .	19 49 20	+ 28 54.7	Nebula — parva, debilis, rotunda. Hanc ab acervatione Herscheliana II. 202 (19^h 51^m 25^s + 28° 59′ „A resolvable nebulous patch of stars") alienam esse, demonstrant locus et habitus	193
		49 21	54,8	Pallida, ovalis; lucis satis aequabilis. Observatio fida. — Vicina neb C. G. 4527 eâ nocte non indagata	194
M. 27	2060	19 53 28	+ 22 20,0	Nitidissima, ingens; duae in unam confluentes. Australior praecedens ambarum clarior; in ea lucidissima regio posita excentrice. Altera borealior ac sequens, lumine satis aequabili. 1861 Octobr. 2	. . .
		53 32	19,0	Nebula duplex; locus est nuclei principalis. Pulchre apparet per amplificationem 95; in transitu per horarium consumit tota massa 23s fere. ∗ 10 magn. seq. 34s,5 axecte in nuclei australioris ac praecedentis parallelo. ∗ 9 bor. seq. 72s,8 43″ ad boream. — Circa comitem hoc vespere nil amplius adnotatum reperio. Mirandum hoc nebrum per paullo diversius pictum in Philos. Transact. ann. 1844, 1850 et 1861; locus noviter constitutus obss. Parisiensibus et Lipsiensibus minutarum fixarum supra nebam disseminatarum Catalogum condidit Struvius II. Appositam imaginem ab adspectu coelesti, pro meo tubo, non longe alienam esse judico . . 	58
III. 144	2062	19 56 22	+ 33 7,2	Minuta, debilis; acervum esse verisimillimum est. ∗ 12 ord. praecedit a centro 1½′ diam. elongata. — Paullo post denuo inspecta: haud aequa adeo parva; omnis neb non solvitur, aliquid nebulositatis certe subest. De caetero cum rem a Rossio desiderari non sine miratione video	147

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
. . .	. . .	19h 56m 41s	+ 0° 3′,3	Quam hoc loco die 4 m. Novbr. 1852 a se observatam esse prodidit nebulam Bondius II in zonis suis aequatoreis, eam iteratis vicibus hoc vespere nequidquam quaesivi sedulo. . .	55
M. 75	2064	19 57 52	− 22 18,8	Lucidissima, globosa; multo densior circa centrum. ejus nucleus apertissime supra fixas 10 hon. Comitantur eam plures stellulae, quarum una 12 magn. 17s serior et nonnihil borealior. Neb^ae diametrus 75″ .. 80″ taxata, vel etiam supra	190
. . .	. . .	20 10 36	+ 17 36,3	Perimbecillis quaedam stella, nebulae involuta. Fortasse cumulus perexiguus. Amplificatio 231 ad dissolutionem non sufficit. Innotescit vero distinctissima per amplificationem 148 .	284
IV. 13	2072	20 10 44	+ 30 9,0	Nebula planetaria e debilioribus. Hoc vespere in rei veritate annulus perfecte circularis videtur; caeterum satis illustris ac perbene observabilis ad amplificationem 123. Ejus diametrum deprehendo 30″, 35″ et certe non ultra. ∗ 9. 10 magn. seq. 15s,4 5½′ circiter meridionalior	58
		10 48	8,5	Nebula planetaria, livido quidem et subobscuro lumine, sed observatu facilis per amplificationem 95. Examinata per fortiore oculare perfecte circularis apparet, exsistans inter stellarum nonnullas 16, 17 ... magn. — Si haec nebula revera est annulus (ut refertur suo loco apud oculatissimum Herschelium Juniorem, cui plene accedit Rossius), lumine satis vivido intus repleatur necesse est. Amplificatio 226. — Mensurationes equidem ad aptius tempus remitto .	56
		10 48	8,2	Pallida; visio indistincta ob vapores. ∗ 9 magn. seq. 15s,2 exstatque 5′ circiter ad austrum. AR^ae anni 1784 addas 24s; neb^ae picturam exhibuit Herschelius II	59
. . .	. . .	20 12 28	+ 30 12,3	Congeries trium vel quatuor stellularum ordinum 15. 16 . . .	58
		12 28	13,1	Fixarum minutissimarum pusillus cumulus, intermixtus nebulositate. Erit et haec res revidenda. — In AR^am error irrepserat, quem tuto secundum observationes noctium 58 et 59 correxi	56
		12 28	13,0	Stellularum congeries. Positio recta certaque. — Catal. Gener. num. 4567	59
. . .	2073	20 15 45	− 19 44,9	Fixa 11. 12 magn. cum forti limpideque nebula ad austrum praecedente. Praebet de caetero debilissimum in meditullio nucleolum. ∗ 13. 14 hon. seq. 11s,0 16″ ad meridiem . .	202
		15 46	45,3	∗ 11 honoris cum debili brevique juba austrum versus adpendente. — Tubis minoribus, apertura puta 52 lin. Paris., adpendiculum certe non dignoscitur, sicuti olim expertus sum Lipsiae; cur autem duabus vicibus abscondita tubo Rossiano, difficile est intellectu	190
IV. 16	2075	20 16 12	+ 19 39,8	Clara circularisque nebula planetaris, lumine satis aequabili cum duobus punctis paullo lucidioribus excentrice insitis. Exstat adhuc hodie inter 4 fixas in linea ∗ 11 et ∗ 12 magn. connectente, et quidem affixae australiori propior, a boreali vero remotior. Inspectâ fig. 47 Philos. Transact. a. 1833 colla-	

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
				tisque obs. l. l. pag. 467, id satis liquidum fit, motum in spatio 35 annorum omnino nullum fuisse	53
		$20^h\ 16^m\ 12^s$	$+ 19^{\circ}\ 40',0$	Rotunda; ejus diametrus = 35″. Quatuor stellulis sicuti lunis comitata: ∗ A 10 magn. Angul. posit. 356° 31′ e 3 mensuris ∗ B 12 magn. Angul. posit. 166 37 e 2 mensuris ∗ C 12 magn. Angul. posit. 100 26 e 2 mensuris ∗ D 13 magn. Angul. posit. 35 53 ex 1 mensura. unde id, collatis obs. annorum 1827—1831, evidenter elucet, has stellulas Herschelianas situm pristinum ad hunc diem nequaquam alterasse	58
		16 13	39,7	Subclara; circa medietatem non multo lucidior. In ipso centro = ∗ 12. 13 m. ∗ 10 magn. distans 41″ versus boream; ∗ 12 magn. distans 30″,5 . . . 32″ versus austrum (inter ambas fixas 1ˢ,3). Nebulae centrum declinat pauxillum quid a linea per easdem fixas ducta ad occidentem versus. Diametrus 40″ .. 42″	283
		16 16	40,0	Splendens, scintillans ad instar fixarum; plana circularis, diametrus = 35″. Sex septemve fixis arcte cingitur	55
		16 16	40,0	Disculus plana circularis; ejus diametrus = 46″. ∗ 10. 11 magn. eodem fere puncto temporis cum nebulae centro filum horarium transit. ∗ 10. 11 magn. Angul. posit. = 354°,5 ΔDecl. = 42″,9. ∗ 12. 13 magn. Angul. posit. = 171°,7 ΔDecl. = 33″,6. Res depicta pluries: laudanda prae caeteris fig. 34 tab. XXVIII Philos. Transact. 1861. praeter obs. Lipsienses videndae Manhemienses, Upsalienses et Regiomontanae cum notula Secchiana n. 1018 Actor. Astronom.	56
III. 142	2079	20 25 53	— 2 29,2	Obscurissima, tenuissima, mera umbra visum fere effugiens. Grandiuscula, oblongula. ∗ 15. 16 magn. praec. 8ˢ quasi in nebulae parallelo. — Alteram in viciniis hoc vespere reperire non potui	58
		25 53	29,6	Grandiuscula quidem, sed satis obscurae lucis; aliqualiter rotunda (recognita a. 1867: palam est, nebᵃᵐ esse notabiliter oblongam). Sequitur alia nebula, eaque animadversu longe difficilior, 15ˢ post	190
		25 55	29,3	Nebula duplex; praec.-bor. Obscura, subgrandis, longa circiter 70″ .. 75″; difficillime obtatu — aëre quidem purissimo, crepusculo autem aestivo nondum finito. ∗ 15 magn. praec. 9ˢ fere in eadem declinatione. — h. 2080 subinde .	55
. . .	2080	20 26 8	— 2 30,5	Opaca ac pusilla. Est minor ac multo debilior quam ea, quae 15ˢ,3 anteit. Prope a ∗ 12. 13 magn. 1′ australiore. Inter hanc nebᵃᵐ at veterem III. 142 praeviam 15ˢ vel ad summum 16ˢ	190
		26 11	30,2	Duarum vicinarum altera; minuta haec ac valde debilis. Altera major utique, sed aeque forma pallida, praecedit 16ˢ exstatque ad bor. 45″ .. 55″. — ∗ 15 hon. praec. ad austrum 44″ a nebula distans, ∗ 18 magn. eaque vicinissima, nebulam sequitur. In hac neb duplice motus angularis suspicio nulla	55

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
I. 103	2081	$20^h\ 27^m\ 23^s$	$+\ 6^\circ\ 56',0$	Cumulus formosus, per amplificationem 123 jam in stellulas dissolutus; irregulariter terminatus. ∗ 9 magn. praec. $7^s,98$ quasi in parallelo (est ∗ circiter $^1/_4{}'$ ad austrum adsita). Alia ∗ subsequitur	55
		27 23	56,0	Innumerabilium ac minutarum stellarum turba. Adhibitâ amplificatione 226 aegre, per 356 probe dissolvitur. Circularis ad sensum; fit vero extemplo longe clarior medium versus. ∗ 9. 10 magn. praec. 8^s ... $7^s,6$, angul. posit. $262^\circ,3$; differentia decl. taxata 9" .. 11". ∗ 13 magn. seq. $10^s,4$ boream versus in angul posit. = $83^\circ,9$. Cum priora fixa comparata est ea neb a VV. CC. Schönfeldo et Rümkero II, quorum tamen neuter solutionem memoravit. vidi egometipse neb^am^ pulchre solutam tubo Lipsiensi sexpedali. Videndae praeterea obss. magno tubo Upsaliensi institutas circa eandem rem anno 1863 pag. 45	53
		27 23	56,0	Cl. Danér differentiam AR^ae^ acervum inter et ∗ 9. 10 magn. adinvenit mecum = $6^s,9$, declinationis vero differentiam definire hoc vespera non licuit. In stellas facillime dissolvitur; cumuli diametrus = 67"	62
		27 23	55,7	Lucida, rotunda; 50". Dissolvitur et quidem distinctissime. ∗ 9 magn. praec. $7^s,96$ 12",7 ad merid. — Locus C. G. 4585 vacuus, ut jam pridem recte monuerant alii (Philos. Transact. 1861 pag. 38)	283
VI. 42	2083	20 28 44	+ 60 12,0	Numerosus stellularum exercitus 11. 12, ... 16, 17, 18 ... magn., notatu dignissimus, visu jucundissimus. Limbus occiduus miro modo incurvatus est. V. d. Thiele, tum forte mihi adsistens, acervum conspicatus, rem iisdem ferme verbis descripsit, quibus utitur in Catalogo Jun. Herschelius (Sweep 366, 367). Quod satis adstipulatur meis quoque animadversionibus	20
IV. 76	2084	20 31 57	+ 59 40,5	Nubecula praegrandis (6'), lumen debile et subobscurum emittens, perbene tamen ob amplitudinem visibilis. Paullo clarior centrum versus, margo vero inepte terminatus. 5 aut 6 subtilissimas fixas 18 et 19 magn. in ipsa nebula micantes conspicor. In positione nihil erroris; observatio tuta. — Circa hanc rem mensuras micrometricas cum imaginibus duabus novissimae obss. Rossianae exhibent; quarum picturarum tanta est ab Herschelianis descriptionibus conspectuque coelesti per tubum meum diversitas, ut ad aliam omnino neb pertinere credas. Estne forte 2084 error typographicus? .	20
. . .	. . .	20 35 53	+ 20 12,6	Locus est nebulae a beat. Rümkero quondam observatae (vide ejusdem Catalogum ad num. 8532). — A nobis inventa nunquam est. Super ea quoque re scitu quaedam digna scripsit Jun. Rümkerus num. 1542 Actorum Astronom. .	125
III. 219	2086	20 37 15	+ 12 0,8	Satis opaca, sed non usque adeo parva. Nebula haec praecedit in parallelo stellam duplicem h. 1566 (Mem. Roy. Astron. Soc. vol. IV. pag. 361). Differentia AR^ae^ nebulam inter et	

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nos.
				stellam principem = $2^s,7$. — * duplex 11. 12 et 16 magn. Angulus posit. = 86°; ΔAR = $1^s,5$	190
		$20^h\ 37^m\ 17^s$	$+12°\ 0',9$	Subclara, plane rotunda, translucente nucleo = * 17 magn. Ad limbum orientalem haerescit * duplex magn. 12 et 15. Inter nebulae nucleum et stellam majorem adjaculo $2^s,3$. Primo inventori AR 22^s major, justam praebet Catal. Gener.	200
V. 15	2088	20 39 56	+ 30 14,0	L o c u s e s t * 52 C y g n i. Nebula haud facilis visu ad finem crepusculi aestivi (d. 25 m. Jul.)	285
		40 16	23,0	Ingens atque immanis, e pluribus ductibus aequabiliter prope luminosis ac se invicem intersecantibus composita. Tota longitudo est 30′ sive adhuc supra. Ejus locus definiri non potest; p o s i t i o e s t a n g u l i s e u i n t e r s e c t i o n i s p r i n c i p a l i s; inde discrepantia cum priore obs. — Huic systemati peculiare studium dabimus aliquando	55
II. 426	2087	20 40 10	— 0 11,0	Neb multiplex. Parva, perobscura, tertiae classis. Minor adhuc atque obscurior neb seq. $5^s,3$ 59″ ad austrum	200
		40 11	10,7	Borealis praecedens duarum; haec ambarum lucidior et magis obvia. Altera seq. $5^s,7$. — Tertia ad meum est; reliquae ob clarorem aestivae noctis non satis tute visae	286
		40 12	10,8	Perparva, propemodum circularis, debilis. Amplificatio 226 ostendit mediam nebulae lucidius. D u p l e x (seu forte rectius pluribus composita): comes seq. ad austrum; differentia AR^{ae} = 5^s proxime	190
		40 12	10,5	Tenera ac visu non adeo facilis in crepusculo aestivo; in medietate paullo clarior. Alterâ vice nocte eâdem	286
II. 427	2089	20 40 16	— 0 12,3	Perpusilla, opaca, circularis. * 15 magn. seq. ad austr. — Neb est seq.-austr. c o m p o s i t a e; ΔAR = $5^s,3$ ΔDecl. = 59″ .. 63″. Relationes inter has nebb duabus vicibus observatae sunt annis 1827 et 1830: H e r s c h e l i u s II dedit intercapedines in AR $5^s,7$ in Decl. autem 82″, quod a nostro numero multum abest, ob ambarum neb^{rum}, ut videtur, debilitatem nimiam	200
		40 16	11,8	Parva ac satis languida. Duarum austr.-seq. * 16 magn. seq. ad austr., a nebulae centro nonnisi diametrum elongata . . .	286
		40 18	12,2	Sequens duarum parum inter se remotarum. Minutissima, rotunda. * 15 magn. seq. 2^s proxime ad austrum. Clarior nebula II. 426 antoit 5^s; tertiam subesse suspicor	190
. . .	. . .	20 40 17	— 0 9,2	Perminuta et valde obscuri luminis. Est absque dubio una de Rossianis nebulis G. C. 4602—4604, quorum loca adhuc desiderantur. Subsunt praeter hanc aliquot aliae, minores pallidioresque (amplificatio = 231), quas tamen ad aliud tempus remittimus	286
M. 72	2090	20 45 49	— 13 3,6	Clara, irregulariter rotunda. Ad amplificationem 95 partim dissolvitur. Ope micrometri filaris comparata est cum tribus fixis in hunc modum: * 11 magn. seq. 1^s5 197″ ad austrum * 11 magn. seq. 2,6 111 ad austrum * 9. 10 m. seq. 19,05 108 ad austrum.	

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
				Lucidioris locum nuper constituit Argelander (Obss. Manhem. fasc. I. pag. 102 num. 224), unde prodit nebulae AR = $20^h\ 45^m\ 48^s,75$ Decl. = $-13°\ 3'\ 27'',8$ . . .	191
		$20^h\ 45^m\ 50^s$	$-13°\ 3',6$	Ditissimus cumulus minutissimarum stellarum; ad amplificationem 123 perpulchre dissolutus. Formâ est irregulari, aliqualiter ovali. Diametrus capit 2′ aut pauxillum quid ultra. * 10 magn. seq. $18^s,6$ meridiem versus 110″, elongata a nebula 4′ circiter	202
V. 14	2092	20 50 58	+ 31 12,8	* 12 magn. per quam transit perlonga stria nebulosa, lucis satis debilis. Haec est indubie lucidissima regio vastae nebulositatis H. V. 14, cui gravior cura praestanda. Erat tunc crepusculum aestivum admodum forte	285
. . .	. . .	20 54 11	+ 17 15,4	Obscura ac pallida, minutula, ovalis. Margini ortivo adhaeret * 15 magn. Examinata ad amplificationem 231: indubia nebula, a nemine adhuc conspecta, quod sciam	193
		54 13	16,1	Obscura exilisque. * triplex praec. $12^s,7$ 45″ ad septentr. * 16 magn. sequitur nebulae centrum per 2^s	194
I. 52	2097	20 54 57	+ 15 38,3	Clara, circulariter rotunda; nucleum vero nullum praebet, licet circa medium aliquantum luminosior sit. * duplex praec. $13^s,3$ 48″ ad meridiem * duplex praec. 1,4 83 ad meridiem	194
		54 58	38,2	Clarissima, circularis; 55″. Gradatim multo clarior in medio. * duplex 13 et 14 m. praec. $13^s,2$ proxime 1′ ad austr. * duplex 15 et 16 m. praec. $2^s,0$ 80″ ad austr. Differentias definitas esse inter ** principes et nebulam, vix opus est ut moneamus	193
		54 59	38,8	Subclara, rotunda, in medio multo clarior; 50″. Nubilat. * 13 bon. praec. $13^s,6$ 50″ ad austr. (Stella est duplex, 13 et 14 magn.; seq. comes ad meridiem 33″ a principe elongata)	192
		54 59	38,7	Clariuscula, subrotunda, nucleo carens. Diametrus fere 45″. Positionem praebent obss. Lipsienses et Manhemienses cum Upsaliensibus	283
		54 59	38,2	Admodum clara, rotunda; gradatim densior ac lucidior versus medietatem. Solubilis solum Herschelio I. subdubito . . .	285
I. 192	2099	20 56 29	+ 54 1,4	Insignis nebula, majuscula, formâ triangulari. Eam nil nisi cumulum esse, docet quidem amplificatio 95; adhibitâ vero amplificatione = 356 genuinam nebulam esse credas, immixtas nonnullis stellulis. Id quidem manifestissimum est, neb^{am} in stellas distincte dissolvi non posse. — * duplex b. 1606 nebulae vicinissima $1^s,7$ . . $2^s,1$ post, ita tamen ut * et neb sese mutuo non contingant. Eandem fixam cum neb conferebat annis 1863 et 1864 Rümkerus II; Actor. Astronom. num. 1508	146
		56 30	0,6	Subgrandis, insignis, triangularis; 90″. Locus est nuclei ad angulum borealem. In ipsa nebula * 14. 15 magn. clare et distincte visitur. * duplex Mem. Roy. A. S. vol. IV p.	

Senioris Harschalii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox
				362 in proximitate; componentes sunt ordinum 9. 10 et 11; earum princeps seq. aebulam per 1^{s},62 72" australior . .	147
		$20^{h}\ 56^{m}\ 31^{s}$	+ 54° 1',0	Visa ut noctibus 146 et 147. Nebula et stella duplex manifesto non in contactu mutuo, licet Jan. Herschelius olim adnotaverit „it touches a fine double star"; mecum plane facit G. Rümkerus l. l.: „bis fast an den Vergleichstern". Figurem bujus neb^{ae} Rossianam tab. XXX Philos. Transact. 1861 me non plane intelligere fateor. Id quoque subjiciendum ac mirandum est, Herschelium 1 stellam duplicem non commemorasse	148
IV. 1	2098	20 56 35	— 11 55,0	Nebula planetaria, insigni splendore, capta culminans inter nubes. Elliptica, colore subcaeruleo cum appendice nebulosa. Axis major = 23",7, minor = 18",5. Comes 15 hon. distat 5 diam. = 103"; angul. posit. = 342°,7 ... 343°,3. Amplificatio 226 1861 m. Septembr. 1. — Huic stellulae, quam Herschelius II sibi visam asserit in distantia = 3 diam., invigilandum esse censeo. 1861	. . .
		56 36	54,8	Stellae 7 magn. lumine suo adaequat. Comes 15 16 magn. praec. ad bor. 2^{s} ±. Angul. posit. = 343° 37', distantia a nebulae centro = 103" e binis mensuris. Ipsius nebulae hac vespera satis bene definitae ax. maj. invenio = 22",9, minorem vero = 15",7	112
		56 37	55,0	Splendens, elliptica. Comes 16 magn. exsistit ad boream; ejus distantia taxata inter filamenta = 108". Ipsa mensuratio ob rei debilitatem hoc vespero non successit; angul. positionis vero repetitis vicibus repertus 343°5 ... 342°6 quem observationem fidem promerere arbitror. — Totam priorum observationum seriem exhibet Schönfeldus in Observationibus Manhemiensibus, fasc. I, pag. 115; add. Schjel. 8467,8	53
		56 37	54,6	Visa ut superioribus annis. * 10 magn seq. 24^{s},47 334" ad boream. Nebula etiamnunc magnitudinis 8 quam proxime. — Diametri Lipsiae quondam taxatae 8" .. 11" sunt justo longe minores: accedo nunc eis numeris, quos Struvius, Lamontius, Secchius, nuper etiam Schönfeldus protulerunt. Secundum Rossiam in Philos. Transact. 1850 tab. XXXVIII fig. 14 haec neb annulo exornata est mirabilem in modum. Commodam occasionem fortiores vires adhibendi nondum nactus sum	217
II. 203	2102	20 57 39	+ 29 21,6	Subclara, subrotunda; circa medium paullo lucidior. * 11 magn. praec nebulam ad boream; * 14 ord. praec 4^{s},4 perpaullo australior. Neb percipitur etiam instrumentis minoribus, observata jam pridem tubo Lipsiensi	285
		57 40	20,6	Luminosa, globosa; per amplificationem 123 videor mihi videre stellulas cumuli confertissimi: adhibitâ amplificatione 231 jam distinctius cernuntur. Oblonga in meridianum, in centro multo clarior. * 11. 12 ord. praec. 1^{s},9 .. 2^{s},3 109" ad septentr.	200
		57 42	21,6	Conspicua, aliqualiter rotunda; in diam. 38" .. 45" (maligne et inconvenienter visa; est enim ea neb grandior et certe oblonga). Non adeo multo clarior in medio; secundae	

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
				classis etiamnunc. * 11 hon. praec. 3s,3 ad boream 105",4. — Nebulae declinationi non fidendum est	38
		20h 57m 42s	+ 29° 20',8	Satis clara, subgrandis (non utique parva); longiuscula, quasi 60" longa vel 70". Paulisper clarior a parte media. * 11 magn. praec. 2s,7 (non accurate) 1¾' ad boream.	126
. . .	2104	21 3 38	+ 14 48,3	Cumulus ex aliquot stellis magn. 11, 12 . . compositus. Res haud adeo perinsignis. Decl. ex unica obs. anni 1825 5' major	285
		3 39	48,7	Paucarum stellarum congeries nullius momenti. Sunt fixae ordinis 12mi; locus tutus	283
. . .	2107	21 6 15	+ 45 6,8	* 7 magn. prope marginem borealem cumuli ingentis magnitudinis	186
		6 17	6,4	* 7 magn. apud marginem bor.-seq. cumuli stellarum magn. 10, 11, 12 . . . . Lucida * = 41201 apud Lalandium .	147
III. 209	. . .	21 7 6	+ 12 60,1	Subobscura, pusilla, rotunda. 25" vix excedens. — Juxta Herschelii I observationem anno 1784 habitam, in AR + 2s in Decl. vero + 2'; Catal. Generalis econtra praebet in AR — 11s, in Decl. + 1',9	193
		7 7	60,3	Subobscura, rotunda, secundae classis. * 12 magn seq. 6s,7 1¼' ad septentr.	210
		7 9	59,9	Debilis, magnitudinis modicae, subrotunda; secundae fere classis in claritudine aestivae noctis. Herschelianus locus nonnihil aberrat	285
. . .	2108	21 7 51	+ 3 56,6	Non inventa; idcirco locum Herschelianum hic adscripsi. Et tamen observata anno 1827 ad lucem Lunae. — h. 2109, per magnum tubum Rossianum tenebricosa „extremely faint", tuto tamen eodem tempore ac distincte apparebat; itidem nocte 193tia.	190
III. 858	2109	21 7 54	+ 2 15,5	Pallidissima licet majuscula; 55" circiter. Ob amplitudinem suam non difficillima visu; terminatio aliqualiter irregularis .	193
		7 57	15,2	Certum et indubitatum nebulae vestigium modicae magnitudinis. Herschelii II locus, sumpto medio ex ambabus observationibus, cum meo ad 1s,6 et 0',7 convenit	190
. . .	2113	21 12 23	— 9 22,2	Debilis quidem, sed conspectu non usque adeo difficilis. Longula, irregularis. Beneficio amplificationis 231 videor mihi videre stellulas, sed non omnino certe. Stellae compositae princeps praec. 10s,2 32" ad bor. (* duplex 10. 11 et 12 magn. ΔAR = 2s, angul. posit. = 76°). Minutum ARae iteratione probatum	193
		12 23	21,9	Debilis, pusilla, dissolubilis; classis secundae. * duplex h. 934 (Memoirs Roy. Astron. Soc. vol. III, pag. 211) praec. 9s,9 31" ad boream. Nebulae ac stellae ARa Herschelio II 2m major; vitium, autumo, scripturae, quod in Catal. quoque Gener. irrepsit. Nonne ob eam causam neb bis inconspicua Comiti Rossio?	294

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox
III. 145	2112	21h 12m 26s	+ 25° 51',9	Subobscura, parvula, rotunda. * 12 magn. seq. 7s,1 quam proxime in parallelo. — Herschelii inter se invicem sunt discordes circa ARem; locus meus observationem anni 1784 confirmat	126
		12 29	51,4	Haud debilis, rotunda, majuscula. * 17 magn. seq. 3s; * 12. 13 hon. seq. 7s,1, neutra longe a nebulae parallelo	210
. . .	. . .	21 14 50	+ 22 29,9	Satis lucida licet minuta. Rotunda, classis secundae. * 11 magn. praec. 3s,6 distans a nebae centro 38" ad austrum versus	316
		14 51	29,6	Circularis, gradatim clarior versus centrum. Adspectu paene cometari. * 11. 12 ord. praec. ad austr. 39" a neb remota. Differentia ARae = 3s,47	317
. . .	. . .	21 19 22	— 7 35,6	Nebula cum nucleo = * 13 magn. Circularis; non solvitur. * 9 magn. Besseliana W. 438 seq. 18s,6 49" ad boream	293
		19 25	35,7	Pallidula. Verificatu amplificatione 160 ostendit nucleum = * 14 magn. * 9. 10 ord. seq. 17s,9 45" ad septentr. . .	294
M. 15	2120	21 23 14	+ 11 33,8	Acervus magnificentissimus. * 8 magn. Besseliana W. 532 seq. 11s,2 7' borealior. Hujus cumuli situs intra hos proximos decem annos a bene multis Astronomis accuratissime definitus est; super vetustioribus obss. anquisitius disseruit Schönfeldus in notis	190
		23 16	33,6	Vide descriptionem naturae admodum consentaneam apud Juniorem Herschelium. Acervi magnitudo 5¼' fere; per amplificationem 95 belle dissolvitur; circa medium multo clarius micat, perinde ac si nucleo sit munitus. Omnino non rotundus nec praecisu circumferentia descriptus; brachia ex se emittit. — * 9 magn. seq. 11s,6 ad sept. 394". * 13 magn. anteced. 22s,6 ad sept. 91"	56
		23 16	34,0	Cumulus celebratissimus, numerosissimus. Non gradatim sed extemplo longe lucidior densiorque in medio; brachia etiam quaquaversum extensa pulchra apparent. Nucleum excentrice i. e. ex parte sequente collocatum deprehendo. * 10. 11 magn. seq. 27s3 . . 28s 230" ad meridiem. * 12. 13 magn. praec. 22s,7 85" . . . 90" ad boream. Lucidior (8 magn.) seq. 6' ad boream	58
III. 859	2121	21 24 20	+ 1 53,2	Pertenuis et perpallida, exilis, longula. Nova * duplex seq. 1s,5 38" ad austrum. ita etiam a. 1790: „near a very small star"	194
		24 22	52,8	Debilissima, minuta, oblongula. * 14 magn. seq. 1s,3 40" ad meridiem, quemadmodum etiam annis 1790 et 1830. eandem autem fixam duplicem esse deprehendo: 14 et 16 magn. in angul. posit. 335° proxime; ab utroque Herschelio observata est simplex	190
		24 22	52,6	Languens, longula licet perparva. * 14. 15 hon. seq. 1s,2 39" ad meridiem (Quae quidam * composita constat e * 14. 15 et 17 magn.; comes praec. ad boream in linea fixam principalem et nebulam connectente; mutua distantia 6" taxata)	193

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox
...	...	21ʰ 25ᵐ 5ˢ	+ 0° 7′,3	Locus est fixae magn. 9, quam d. 3 m. Nvbr. 1852 habitu nebᵃʳᵉᵐ planetarium se conspexisse putavit beatus Bondius II (Annals of the Observ. of the Harvard Coll. vol. I pag. 67). Mere fixa est, quantum ego sentio. Ceterum eadem * in zonis Monachiensibus offenditur, loco e 12 obs. definito et cum Bondiano insigniter concordante	55
M. 2	2125	21 26 17	— 1 26,3	Acervus; fixarum nulla major 14 magn. Efformat triangulum quasi rectangulum cum * 10 magn. et duabus ** 11 magn. proxime insequentibus	66
		26 18	26,2	Innumerabilium stellarum acervus, formae irregulari; multo densior in medio. Ejus diametrus = 180" ... 200" * 10 ord. seq. 11ˢ,8 ad boream	64
		26 18	25,9	Infinita stellularum circumlata congeries; ** 14, 15, 16 ... ord.; inventa a. 1760, observata multum inde ab a. 1795. * 10 bon. seq. 11ˢ,5, 2¾′ ad boream. Alia ejusdem bon. * anteit 37ˢ ad bor. 209"	65
M. 30	2128 = 3878	21 32 28	— 23 48,4	Illustris ac praegrandis cumulus — dissolvitur, Lunâ lucente. * 8 magn. Argelandria 21546, 47 praec. 25ˢ,7 .. 25ˢ,9 63" ad austr. * 12 13 magn. 47" distans e centro, boream versus. — Haec res, in Catal. Aeversiano pag. 70 ex errore typographico M. 36ᵗᵃ, occurrit quoque in Minore meo Catalogo et in observatis Schönfeldianis. Ejus situs, juxta meas observationes, est hujusmodi pro epocha 1861: 1855 AR = 21ʰ 32ᵐ 27ˢ,5 Decl. = — 23° 48′ 25" 1865 AR = 21 32 28,0 Decl. = — 23 48 28 . .	217
IV. 75	2131	21 39 41	+ 65 27,8	Tres fixae A (11 m.) B (10. 11 m.) C (12 m.) ellipticae nebulae involutae. Apud Sen. Herschelium omnes tres magn. 9. inter A et B ΔAR = 8ˢ15 Angol. posit. = 296°5 inter A et C ΔAR = 8,24 Angul. posit = 50,4 Nebula validâ luce 100" circiter comprehendit; ejus nucleus, fixae 14 magn. non dissimilis, in eadem fere AR ac * A. — Locus adpositus est ejusdem fixae. Ex obs. anni 1794 prodit AR major 18ˢ	147
		39 44	28,0	Grandis debilisque nebula, tribus fixis circumjecta, quas cum Herschelio II A, B, C signo. Locus est * A (10 magn.), quacum B et C comparatae hoc modo: * B 10 magn. praec. 8ˢ57 29" ad bor. * C 11 magn seq. 8,60 51 ad bor. Densissima nebulae portio praecedit * C per 7ˢ exstatque 8" borealius. — Alicujus mutationis in hoc mirabili systemate vestigium usque adhuc nullum; indiget nihilominus anxiore cura et circumspicientia	129
II. 261	2132	21 41 45	+ 21 30,9	Sublucida; lumine propemodum aequabili; 45" * 11 bon. seq. 17ˢ,1 4" ad meridiem. Alia quaedam eaque minutissima fixa cernitur apud limbum occiduum. Iteratâ vice eâdem nocte	200

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
		h m s	° ′		
		21 41 46	+ 21 30,8	Haud usque adeo debilis, circularis, majuscula. Antecedenti margini inhaeret * 19 magn.	200
		41 48	30,3	Debilis, majuscula, lumine aequabili, rotunda; solutio non improbabilis. * 20 magn. ad marginem praecedentem, boream versus. etiam Rossius a. 1857 „star in edge", silentibus reliquis	66
		41 48	31,0	Grandiuscula, rotunda, luce paene aequabili. Haerescit * 20 magn. apud marginem occidentalem. Herschelio II duabus vicibus solubilis. ita est: meo tubo tota neb in stellulas aperte dissolvitur, inprimis circa meditullium. Subsequuntur ad austr. 2 fixae 12 magn.; prior earum $17^s,1$ . . . $17^s,3$ post nebulam, nonnisi 5″ meridionalior	210
. . .	. . .	21 44 55	+ 2 25,1	Longula, exilis, peropaca. * 11 magn. praec. 10^s paullo australior. — Iteratâ vice eâdem nocte	301
		44 55	25,8	Oblonga, subrotunda, languida cum nucleolo. Amplificatione 160 non distincte solvitur. * 10 magn. praec. $10^s,7$ parumper meridionalior	305
		44 56	25,2	Praeparva, rotunda, subopaca. Non solvitur. * 11 hon. praec. $10^s,5$ ferme in eodem parallelo (est tamen * australior nonnihil).	301
. . .	. . .	21 45 4	+ 2 41,3	Debilissima, perpusilla, subrotunda. Plures consimiles in vicinio	301
		45 6	41,0	Perexigua et minimâ tenuitate. Comprobata amplificatione 160. Prope hanc alia consimilis	301
		45 6	41,6	Minuta et admodum opaca. Alia in propinquo ad austrum. Verificata amplificatione 231	305
. . .	. . .	21 45 9	+ 2 38,6	Perquam minuta ac valde debilis; circularis. Alia quaedam neb, habitu adspectuque non multum discrepans, huic vicina boream versus. — Alterâ vice nocte eâdem	301
		45 10	38,9	Pusilla et perpallida. Alia praec. in telescopio septentr. versus; ambae ad sensum propemodum pares	305
		45 11	39,0	Admodum tenera ac minuta. Visa de improviso cum observarem cometam periodicum anno 1865 redeuntem	301
III. 452	2135	21 47 31	+ 2 17,5	Debilis, subgrandis; 70″. Circa medietatem nonnihil densior * 9 magn. seq. $10^s,7$ 392″ ad austrum * 9.10 m. seq. 16,7 520 ad austrum. Quarum lucidior = W. XXI. 1113 = 3602 Catal. Lamontii, unde rursus neb^ae AR = $21^h\ 47^m\ 30^s,8$ Decl. = $+2°\ 17′\ 18″$ . . .	193
		47 32	17,0	Obscura quidem sed haud adeo parva; ad sensum circulus. Triangulum stellarum magn. 9. 10 ad austrum ferme 9′ . .	66
		47 36	18,0	Grandiuscula quidem, sed obscurissima et tenebricosa; paullulum clarior in parte media. Lunâ jam surgente. AR nihil valet	65
. . .	. . .	21 49 56	+ 2 18,0	Nebula admodum tenera ac debilis; perparva, oblonga. — Ortâ jam Lunâ. Deinceps verificata per amplificationem 231. 2 fixae 9. 10 magn. praecedunt; earum propior antecedit ne-	

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nos.
				bulam per 11ˢ, nonnihil australior, 3¼' a neb. elongata. — Haud facile visu comprehenditur	64
		h m s 21 49 56	° ' + 2 17,3	Perparvus cumulus nonnullarum stellarum 19 magn.; exstat inter 2 stellulas 16 ord. * 10. 11 magn. praec. 11ˢ — Catal. Gener. ad num. 4720	65
III. 692	2138	21 53 29	— 13 56,2	Certum quidem, sed opacissimum nebulae indicium — vitrum objectivum erat siccum. Ipsa neb haud rotunda; majuscula, 80" circiter vel 85". 3 fixae 11. 12 magn. in recta consito pone subsequuntur boream versus	215
		53 30	55,9	Certum et indubitatum nebulae vestigium. Est res incredibilis obscuritatis; majuscula tamen, nec perfecte circularis. Postbac rursum inspecta: elongata et quidem evidentissime. Longa fere 90" ... 100"	205
II. 247	2139	21 54 3	+ 17 4,3	Lucida, rotunda, clarior in medio; subgrandis. * 12. 13 magn. praec. 1ˢ,6 77" distans ad austrum versus	66
		54 4	4,3	Mediocriter lucida, majuscula, 25"; clarior in media parte, nuclei vero expers. * 14 magn. praec. 1ˢ8 per 80" a nebula ad austrum versus elongata. Exinde differentia declinationis = 75",7	58
		54 4	4,2	Parva, moderate lucida, rotunda. Per amplificationem 231 dissolvitur. * 13 magn. praec. 1ˢ,2, 71" ad austrum constituta	65
		54 5	4,1	Clara, circularis; in medio = * 12 magn. * 12. 13 ord. praec. 1ˢ,25 69" ad meridiem. — Mirans etiam atque etiam considero hujus nob^ae imaginem expressam fig. 38 tab. XXX Philos. Transact. 1861, quoniam ea res circuli formâ semper visa est utrique Herschelio, eâdemque formâ cernebatur saepenumero tubis Havniensi, Manhemiensi, Upsaliensi	201
III. 693	2140	21 54 34	— 21 12,7	Languida et modica, longula fortassis. Aliam propter post se trahit (b. 2144)	215
		54 35	13,1	Subobscura ac satis minuta. Praecedens ac lucidior duarum, non tamen excedens nebulas tertiae classis. — Positio a. 1797 notabiliores correctiones requirit, scil. in AR — 33ˢ, in Decl. + 2',8; adducimur igitur nonnullam in dubitationem	190
II. 595	2142	21 54 40	— 19 32,9	Opacissima quidem, sed non usque adeo parva. Oblonga; in medio paulo clarior. Tertiae ferme classis. 2 fixae 11 magn. 3' ad austr., quarum serior seq. nebulam per 8ˢ,7 ... 9ˢ,5. — Ascensioni Herschelii I demas ½ min. temporis	205
		54 41	34,4	Obscura, grandiuscula, longula — non utique rotunda; nob^am solubilem esse crediderim. Duae fixae magn. 11. 12 3' ad austrum adsitae: altera praec. 6ˢ5, altera seq. 8ˢ9	215
II. 1	2143	21 54 57	— 21 28,9	Debilis, subgrandis, in medio longe clarior. Videor mihi videre debiliora brachia in utramque partem protensa. Num solvitur, ut vult Herschelius I?	215
		54 58	29,7	Debili luce micans ob situm nimis australem. Forma oblonga. Positiones annorum 1783 et 1830 sunt nostrae conformes	190

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
. . .	2144	$21^{h}\ 55^{m}\ 15^{s}$	$-21^{\circ}\ 8',3$	Tenuissima, subgrandis, in medio nonnihil clarior. Huic observationi fidendum	215
		55 17	8,1	Res admodum opaca; majuscula. Exstat inter 2 fixas 13 magn., quarum altera praec. nebulam per 14^{s}, altera $10^{s},5$ serior in horario	190
II. 207	2149	22 1 37	+ 30 40,9	Splendens, circulariter rotunda, medium versus pedetentim multo clarior. Nucleus = * 11 magn. * 10. 11 magn. seq $13^{s},1$ . . $100''$ ad austrum	298
		1 38	40,8	Clara primae classis, circularis; nucleo munita. * 10 magn. seq. $13^{s},3$ $88''$ ad austrum. Neb^{ae} in stellas solutio valde incerta est	59
		1 38	40,9	Grandis et praeclara. Fit sensim multo lucidior versus medium; debiliore ornata nucleolo. Circularis; ejus diametrus comprehendit $115''$. $125''$. * 11 magn. seq. $13^{s},35$ $1\frac{1}{2}'$ ad austr. — Etiam haec neb Seniori Herschelio solutu facilis; ego aliquantum dubito	210
		1 38	40,9	Grandis, rotunda, pedetentim lucidior centrum versus, nucleo non carens (magn. 12). * 10 ord. seq. $13^{s},9$ . . . $95''$ ad meridiem	58
II. 897	2150	22 2 37	— 17 20,2	Diluta, grandiuscula, subrotunda; $50''$ . . $55''$. 2 fixae 17 magn. prope a limbo orient. in distantia $1'$	309
		2 39	20,3	Jucunda visu secundae classis nebula. Oblonga leviter, pedetentim clarior versus meditullium. Apud limbum orientalem duae perimbecilles stellulae 16 vel 17 magn.; inter fixas et neb $1'$ circiter	215
		2 40	19,6	Haec indagatu facilis; majuscula, circularis. Secundae classis. * 13 hon. seq. $4^{s},73$ proxime in parallelo; distantia taxata $55''$. * 15 hon. visitur ad marginem nebulae bor.-ortiv. Tubo sex pedum Fraunhoferiano haec neb sentiri non potuit 4 noctibus anni 1855	205
III. 931	2152	22 6 38	— 17 45,5	Admodum difficilis et obscura, longula; $20''$ aut $25''$ ad summum. — Neb h. 2156 hodie vesperi frustra investigata (reperta tamen alias)	309
		6 38	45,4	Non usque adeo debilis, etiamsi „extremely faint" apud primum inventorem. circulariter rotunda. In triangulo cum duabus stellulis 15 honoris	215
III. 932	2156	22 10 12	— 16 14,4	Observatu haud ita facilis. Propemodum rotunda, sed obscurae lucis; $20''$ fere. * 11. 12 magn. $41''$ ad septentr. Duae aliae ejusdem ordinis fixae proxime consequuntur. „The star is the first of three, making a small triangle" 1793 Sept. 8; non aliter nunc. Subjungit Herschelius 1 neb^{am} non ad fixam pertinere. ita res est adhuc hodie	205
		10 13	14,3	Parvula, debilis, rotunda ad visum. Triangulum stellarum prope ad boream; earum praevia distat a neb nonnisi $45''$ versus septentr. — Junior Herschelius stellulam in meridie ponit; erronee, autumo. namque etiam apud Rossium lego „star in north-following edge"	215

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nos.
III. 933	2158	22ʰ 12ᵐ 53ˢ	− 16° 26′,8	Debilis et minuta. ∗ 14. 15 ord. praec. ad austr. 1′ a neb elongata	215
		12 55	27,0	Difficilis (ob humilitatem); subgrandis, circulariter rotunda, subtilissimo cum nucleo (contra tamen dicit comes Rossius: „no nucleus"). Nulla fixa in ejus vicinia	205
		12 56	27,8	Pallida et minuta; obtutu perquam difficilis in tanta declivitate. Nucleus, si tale quid exstat, pertenuis	309
II. 248	2160	22 19 41	+ 15 27,0	Debilis et minuta, tertiae classis. Stellula duplex ad septentrionem adsita. ∗ 13. 14 magn. seq. 5ˢ,8 45″ ad bor. . .	59
		19 41	26,6	Perparvus cumulus, sive nebula cum solutionis vestigio haud ambiguo, licet amplificatio 160 stellas nondum monstret. Efficit quadrilaterum cum 3 infirmis stellulis, quarum una (eaque duplex) praec. nebulam per 1′ 1½′ ad boream. eandem configurationem memorant Herschelii Rossiusque	290
		19 43	27,0	Parva, moderata, circularis cum nucleo notabiliore. Triangulum minutarum stellarum paullo borealius. ∗ duplex 16 magn. simul ad filum horarium 100″ ± ad septentrionem. Nebula forsitan rectius in tertiam classem adsciscenda	58
		19 44	26,7	Minuta et satis debilis; tertiae classis. Nuclei haud immunis. ∗ 13. 14 magn. seq. 6ˢ,2 ad boream; ∗ duplex ad boream constituta nebulam lineâ per stellas traductâ indicat aliqualiter	67
. . .	2162	22 20 54	+ 28 23,7	Umbratile nebulae vestigium, magno hercle conatu requirendum. Diametrus 20″ .. 25″, forma prope rotunda. ∗ 19 magn. unâ fere nebulae diametro a centro remota in majore Asc. Recta. Amplificatio = 158. — Observaveram ARᵃᵐ 21ᵐ 24ˢ, quam ad Herschelianae positionis normam cunctanter minui 30ˢ	59
. . .	2164 •	22 23 31	− 14 42,2	Disculus aequabiliter fere illuminatus. Lucis valde obscurae; nebulam, ad visum perfecte circularem, inter planetares rectius ponendam esse conjicio. — Taliter apparuit ea neb etiam Herschelliis saepiuscule; merito igitur mirationem suspicionemque movent verba haec Rossiana: „a very faint ray"	205
		23 33	43,0	Pallidula, propemodum rotunda; 30″ vel 35″. Neb Rossiana Gener. Catal. num. 4799, memorata ad h. 2165, a nobis diligenter quaerentibus nequicquam inventa est: spuriam nebᵃᵐ esse puto, et pono fidenter C. G. 4799 = 4801. Tale quid scite suspicabatur Herschelius II, cui assentiendam esse ratio docet Coelumque ipsum demonstrat . . .	309
		23 33	42,4	Pallida, majuscula — obtutu non adeo facilis. Neb Rossiana 4799 Catal. Gener., quae huic pervicina esse dicitur, a nobis non inventa (non diutius dubito subnectere: non exstat in Coelo. m. Jun. 1867)	307
IV. 31	2165	22 24 57	− 14 49,9	Minuta ac debilis cum centro stellari „sharp nucleus". 12″ ejus diametrus vix excedit. ∗ 10 magn. (nuperrime magn 8) seq. 1ˢ,5 2′ 50″ ad austrum. Assumpto loco Rümkeriano nanciscimur neb ARᵃᵐ = 22ʰ 24ᵐ 57ˢ,4 Declᵐ = − 14° 50′ 5″	205

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
		22h 24m 58s	— 14° 49',9	Parva, debilis, rotonda; 14". Exhibet disculum aequabiliter luminosum, cum nucleo satis delicato et in ipso centro collocato. * 9. 10 magn. seq. 1',1 166" ad austrum. — Super propinque neb C. G. 4799, quae pro nova falso habatur, dictum supra ad h. 2164	307
		24 59	49,5	Parvula, languens, paene circularis. * 10 magn. seq. 1',6 167" ad austrum. — In nobb hoin vicinas impensius inquirens, unam tantum inveni	309
		25 0	49,9	Debilis ac parvus disculus, perfecte circularis. Micat luce satis pallida et aequabili, cum nucleo = * 14. 15 magn. * 8 hon. Rümkeriana 10321 seq. 0s,8 171" ad meridiem; differentia declinationis propediem accuratius definienda. Concludimus nebulae AR^{em} = 22h 24m 58s,1 Decl^{m} = — 14° 50' 9" . . .	190
. . .	2166	22 25 3	+ 30 13,8	Languida ac pusilla, visuque admodum difficilis. Nebula duplex: Comes, minus adhuc conspicua, licet nonnihil major, sequitur 2s circiter a nebula principali distans	59
		25 5	13,9	Pallidissima, subgrandis, rotonda; circa medietatem pauxillum quid clarior. Ejus satellitem non contigit mihi invenire hac nocte, quamvis multum diuque quaererem: est certo indaginis difficillimae	210
. . .	. . .	22 25 5	+ 30 15,0	Perparum lucis; neb dilutissima quidem, sed non usque adeo minuta. 3 fixae ad septentr. praecedentes neb^{am} quodammodo indicant. — Alia neb (h. 2166) antecedit, distans ab hac circiter 137". Amplificatio = 231	59
II. 476	2167	22 26 58	— 11 4,9	Perpallida et satis parva; forma rotunda. In medietate vix pauxillum quid luminosior, nucleo nullo * 16. 17 ord. seq. 4s,7 proxime in parallelo. * duplex (13. 14 et 15 magn.) seq. 43s,9 1' ferme ad austrum — Herschelius II metabat olim 43s,5	205
		27 0	4,6	Subgrandis, 70" aut 80". Est valde debilis et diluta caretque nucleo — Rossius contra se fixam in neb^{ae} centro conspexisse asserit, cujus apud Herschelios nulla mentio fit. Haec descriptio priori mea anteferenda. In margine anteriore ullam stellam ego non notavi; post neb^{am} mox * 16 ord.	307
II. 428	2168	22 27 6	+ 4 51,4	Pallida ut satis difficilis, classis tertiae nebulis jure aequiparanda. Subgrandis, longiuscula, centro subluminoso. Sequitur stella 7. 8 magn. 55s,3 post et quasi 14' remota ad meridiem versus	58
		27 6	51,7	Subpallida, parva, irregularis, longula. Circa mediatatem neb nullo negotio solvitur, restat autem bona pars circumjectae nebulositatis. Diametrus 15" .. 18". — Noviter curata solum Manhemii atque Upsalae	289
		27 6	51,2	Minuta, aliqualiter rotunda, subclara In centro aequat * 13. 14 magn. Secundae classis; adhibita amplificatione 231 certo non dissolvitur, fortiores autem vires vix petitur. Herschelius I addidit quidem „resolvable", quod tamen nil nisi suspicio fuerit dissolubilitatis	193

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
III. 180	2169	h m s 22 29 16	° ′ + 19 35,8	Debilis et minuta; lucida * vicina nebulam paene infuscat. * 7. 8 magn. Besseliana W. 638 praec. $7^s,75$ 135" ad austr. * 17 magn. praec. nebulam per 2^s, nonnihil australior. — Nulla alia neb in eo parallelo; AR nunc primum indubie statuta	200
		29 17	36,1	Tenuis, haud adeo parva, rotunda. * 18 bon. praecedit; distantia a nebulae margine ad usque stellam = 1 neb diam. * 7 magn. = 44163 apud Lalandium praec. neb per $7^s,4$, 2¼′ ad meridiem. — Senior Herschelius satis bene mecum concordat; Junioris vero AR, una solummodo vice observata, a vera longius discedit, proinde falsa etiam in Catal. Gener.	67
III. 237	2170	22 29 47	+ 20 54,3	Debilis, rotunda, observatu non ita difficilis; namque enim „extremely faint" neque „very small". * 9 magn. praec. $17^s,6$ 4¾′ ad boream. — Auversianus Catal. exhibet decl. 21°. male	200
		29 49	54,1	Obscura et valde diluta; rotunda, majuscula. Diametrus 35" .. 40". * 17 magn. rigorose in eodem horario, distans 3′ ad austrum	67
. . .	2171	22 30 35	+ 9 49,0	Non adeo tenera; 60" longa. Subtilissimam * fere in eodem parallelo post se trahit. — Nubes involvunt nebulam; positioni ideo nimium celeriter captae non fidendum est	193
		30 37	48,5	Pusilla, oblongula, perpallida; crassior pauxillum quid in medietate. Longa 50" .. 55". Locus nebulae certus et cum Herscheliano propemodum concordans	307
I. 53	2172	22 30 41	+ 33 41,2	Insignis: longa 5′, lata 1′. Nucleus propemodum stellaris, sed non-manifeste ex stellis consistens. — Senioris Herschelii declinationem valde falsam esse constat	297
		30 41	41,5	Nucleus perlucidus, longiusculus; aut duplex est, aut fixa quaedam vicinissima nebulae illigata. Utrumque brachium protendit neb in longum 6′ aut 7′, bor.-praec., austr.-seq. Subsequuntur aliae pallidae et pusillae nebb: ante 15^s, tum 22^s, denique $40^s,2$	296
		30 42	41,6	Alterâ vice eâdem nocte. 6′ longa vel eo supra. Meditullium splendidissimum, limpidissimum; solvitur quodammodo ad amplificationem 260, sed non manifeste; Herschelio 1 quondam tota neb solubilis. non credo. Nucleus biceps, longiusculus. Notavi complures asseclas, super quibus infra fusius	296
		30 43	41,7	Nebula duplex: melius multiplex. Satis illustris, valde elongata; densatur centrum versus. Nucleus stellulam aemulans. longa 90" (perincommode: namque iste nucleus formâ est longiusculâ, nebulaeque amplitudo non infra 8′. add. a. 1867); alia III classis seq. ad boream. 1861 m. Septembr. 29	. . .
		30 44	42,0	Splendens primae classis nebula. Longiuscula, 5′; cum nucleo admodum notabili. Alia nebula ex obscurissimis banca comitatur cum differentia $AR^{is} = 15^s3$, $Decl^{is} = 45"$ (mera taxatio). — Depicta in Philos. Transact. ad a. 1861; observata recenter a pluribus astronomis	59

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
II. 233	2173	22h 30m 47s	+ 23° 5',0	Conspicua, valde elongata. Praecedens duarum. * 11 magn. 150" ad austrum. 1861 m. Septembr. 29	. . .
		30 47	5,0	Luminosa, admodum oblonga; ejus nucleus = * 13 magn. Exigua * 18 ord. praec. 5s,2. 1861 m. Septembr. 30. . .	. . .
		30 48	4,8	Lucida, admodum oblonga; stria luminis per nucleum, fixae simillimum, traducta. * 10 magn. seq. 3s,25 125" circa ad austrum. — Alia aliqua nebula, manifesto longe pallidior, subsequitur; differentia ARae = 23s,4 declin. 45"	58
		30 50	4,7	Elliptica, 2½' longa, 20" lata cum nucleo fixae simillimae = * 12 magn. * 10 magn. seq. 2s,6. Alia quaedam nebula seq. 22s,5 nonnihil meridionalior (a. 1784 31s; 1829 21s,6); lucidiorem observavimus quondam Lipsiae. super ea videnda etiam observata Manhemiensia et Upsaliensia	67
III. 166	2174	22 30 56	+ 33 43,0	Exigua et debilis; format triangulum cum 2 fixis 14 magn. Sequens duarum nebularum; ΔAR. = 14s,5. Telescopio minore haec frustra quaeretur. 1861 m. Septembr. 29 . .	. . .
		30 57	43,6	Longula, tenuis — visus sum mihi videre duas invicem valde vicinas; efformat triangulum cum 2 stellis 12. 13 magn. proxime subsequentibus. Inter hanc et egregiam nebulam I. 53 15s satis praecise	298
		31 0	43,0	Parva et subobscura. Comes nebulae I. 53, per 15s,3 praecedentis	59
		31 0	43,3	Pusilla, subopaca, longiuscula. Haec principalis de comitibus amplissimae nebulae I. 53. — Amborum declinationes erronee constituit Herschelius I. Inter hanc et principalem nebam b. 2172 accepi discrepantias 16s et 90". exinde angul. posit. 66° et mutua distantia 220". Est ergo nucleus B „novorum" Rossianarum pag. 734 P. T. 1861 sub angul. posit. 62°,5 nil nisi haec vetus Herscheliana. idque omnino evidenter	296
		31 0	42,8	Longa 12" aut 15". Tertiae classis, languens, delicata; forma subrotunda. Pertinet ad nebam principem b. 2172; relationem mutuam in hunc modum accipio: ΔAR = 15s,7 ΔDeclin. = 95"	297
. . .	. . .	22 31 5	+ 33 39,1	Exilis cum nucleo ad instar fixae 15 magn. — * 14 magn. seq. 3s. Perbene conspicabilis dum Luna lucebat. Neb H. I. 53 praec. 22s .. 23s 2¾' ad meridiem. — Postbac animadverti hanc neb esse nucleum lit. E sign. in icone a Com. Rossio divulgata. Namque e differentiis cum I. 53 in AR 23s in Declin. 160" exit angul. posit. 119° cum elongatione 330"; eundem angulum habes in mensurationibus Rossianis (Philos. Transact. 1861 pag. 734)	298
		31 5	38,6	Minutissima, dubilissima. Est una de Rossianis comitibus ad neb b. 2172, exstans inter * 14 magn. praeviam ac * 17 magn. insequentem. Persubtilis nucleolus discernitur	296
		31 7	39,3	Haec fugit latuitque utrumque Herschelium. Subdifficilis et minoribus telescopiis non percipienda. Est ejusdem fere indolis atque ea, quae 17s vel 18s serius horarium transit . .	297

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nor.
II. 234	2175	22h 31m 8s	+ 23° 4',0	Tenuis, haud ita parva, oblonga in circulum parallelum. * 14 magn. praec. 11s in parallelo, aliaeque stellulae exstant in ejus vicinitate. 1861 m. Septembr. 30	. .
		31 8	4,0	Debilis, majuscula. Aër caliginosus. 1861 m. Septembr. 29 .	. . .
		31 11	4,0	Admodum oblonga in ductum circuli paralleli. Languidam hanc nebulam tertiae classis esse existimo, nucleo = * 14. 15 ord. Tota longitudo est circitor 2'. — Clarior nebula antecedit per 23s,4 atque exstat 3/4' borealior. — Coelum subito clauditur	58
		31 12	3,8	Debilis, III classis, elliptica; longa 3', 30" lata; paullo lucidior in medio. Axis major a ductu circuli paralleli ferme non declinat. Alia nebula, eaque longe clarior, praec. in distantia 4' exstatque 40" borealior. — Pallidior ambarum inconspicua tubis minoribus, obs. tamen a. 1863 magno tubo Upsaliensi. Nota. Sumpto medio prodit relatio inter h. 2173 et 75 ΔAR = 22s,9 ΔDecl. = 42"; proinde angul. posit. 97°5 cum distantia 319". eosdem paene numeros invenit Rossius anno 1850	67
. . .	. . .	22 31 21	+ 33 42,0	Duae inter se similes et aequales (altera est III. 166). Haec nondum a quoquam observata (ut tunc temporis putabam) duabus fixis 10 hon. indicatur. Amplificatio = 156. In Actis Astronom. num. 1500 AR erroneo 31m 16s	59
		31 22	41,3	Minuta — splendebat Luna. Neb I. 53 praec. 40s,4 ad austrum 25" .. 35". Adnotatio. Est haec neb ex iis, quarum situm relativum respectu h. 2172 mensuratis angulis aliqualiter definivit Rossius a. 1849. E numerorum collatione id evidenter elucet, hanc nostram esse D in iconismo P. T. 1861 pag. 734; namque ego accepi distantiam 505" et angul. posit. 93°5, quem l. l. legimus 96° .. 98°. elongationes ibidem desiderantur	298
		31 25	41,8	Livida et certo valde exigua. Patitur haec, quod raro accidit, fortiora ocularia. Illustris neb h. 2172 praevia 40s .. 41s ad meridiem 30" praeter propter	297
		31 25	41,6	Una de novis Rossianis circa I. 53. Pallidissima et perparva; observatio nihilominus fida locusque tutus. — Una de nebb C. G. 4816—20. Est certe aliqua largitas; namque bis 5 numeris nonnisi 3 in Coelo nebb respondent, siquidem in figura mensurisque Rossianis solum memorantur 4, quarum unam etiam in Herschelii I Canone reperiri supra ostendimus	296
. . .	2176	22 33 0	+ 10 18,0	Subtilissima, prope evanescens, ita ut minima filorum illuminatio conspectum impediat. Nulla * in vicinitate; ζ Pegasi seq. 92s,7 ... 394" australior. 1861 m. Septembr. 1 . . .	. . .
		. . .	. . .	In hanc saepiuscule inquisivimus frustra: hac vesperâ scilicet Coelo non omnino purissimo	201
II. 705	2178	22 35 7	+ 60 33,5	Haud debilis, rotunda, nucleo carens. Utrum ea stellarum acervus an nebula est? Amplificationibus 231 et 534. — No-	

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
				tavit Sen. Herschelius solutionis facilitatem: parum credibile	129
		$22^h\ 35^m\ 9^s$	$+60^\circ\ 33',7$	Nebula, eaque clara et conspicua, non perfecte rotunda. Videor mihi videre stellulam 16 magn. ad marginem austr.-occid. (aër vaporosus). Paullo post revisa: nebula jam multo clarius emicat ad amplificationem 226. Eam planetaribus esse adnumerandam nequicquam dubito (accedit, ut nunc video, Roseius), disculo scilicet satis distincte et praecise terminato. Splendet etiam lumine aequabili, estque munita nucleo = ∗ 17 magn. ∗ 11 ord. seq. 13ˢ 4′ ad meridiem	147
. . .	. . .	22 36 51	+ 33 16,8	Majuscula, tenuis, ovalis; lumine valde diffuso — Lunâ lucente. 40″. ∗ duplex seq. 15ˢ,5 1½′ ad boream	298
		36 54	16,4	Admodum obscura, licet grandiuscula; formâ ovali. Princeps stellae compositae seq. 14ˢ,7 paullo borealius	296
II. 442	2179	22 37 17	— 0 54,0	Parva, debilis, circularis, nucleo satis clare allucente. Seu forte rectius: ∗ 15 magn. cum halitu circulariter circumsito. ∗ 11 magn. praec. 27ˢ,6 249″ ad austrum	199
		37 20	53,5	Nec parva nec debilis, ad visum rotunda; parvo et tenello nucleo. — Lubrica observatio prae vaporibus, Lunâ insuper obstante	317
. . .	. . .	22 37 32	+ 2 55,6	Obscura, longa 50″. Confirmata dehinc amplificatione 160. ∗ duplex seq. 16ˢ,5 proxime in eodem parallelo	298
. . .	. . .	22 37 46	+ 33 37,0	Admodum opaca. Sita est inter 2 fixas 14 et 15 magn. Distincte et manifeste visa, viribusque fortioribus confirmata. — Huic nostrae observationi interfuit Clar. Norvegiae astronomus Fearnleius	297
		37 46	37,3	Tenuissima, obscurissima prae claritudine Lunae. Jacet inter duas pusillas fixas magn. 14ᵃᵉ	298
II. 477	2180	22 38 41	— 11 44,4	Parum lucis; nebula nihilominus visu perfacilis. Rotunda; parvo delicatoque nucleolo. Diametrus 60″, posthac vero 90″ visa. ∗ duplex (magn. 14 et 16) seq. 3ˢ,6 84″ ad meridiem . .	205
		38 44	44,0	Subgrandis, diluta, rotunda, adspectu cometari. Non habet nucleum; in medietatem perpaullo lucidior. ∗ 8 magn. seq. 3ˢ 10½′ ad bor. — Neb e debilioribus secundae classis etiamnunc; apud Sen. Herschelium „pretty bright", apud Juniorem plus semel „extremely faint". neutrum meretur	309
. . .	. . .	22 42 42	+ 10 50,0	Admodum obscura; minutula. Egregior nebula h. 2183 visitur in eodem campo, serior ac borealior; inter ambas accipio relationem ΔAR 19ˢ,2 ΔDecl. 195″, proinde angul. posit. 235°4 distantiam motuam 343″. Est ergo comes lit. β signata in schemate Rossiano (a. 1850 235° et 329″) . .	194
		42 42	49,6	Pertenuis, parvula, rotunda. ∗ 12 magn. rigorose in eodem AR, 3′ 0″ ad boream. — Amplior nebula subsequitur . . .	71
		42 44	49,9	Indubitatum nebulae vestigium. Neb rotunda, parva, obscurissima. H. III. 216 seq. 20ˢ, borealior circiter 3′. — Omnia in hac regione penitius examinanda remanent	67

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
III. 216	2183	22h 42m 59s	+ 10° 53′,2	Sabelara, moderatao magnitudinis, rotnnda; amplissima do quatnor nebulis in campo. * 11. 12 magn. praec. 3s,8 50″ distaus a nabula boream versus. — Nab sign. lit. α in delineationa apud Rossium Pbilos. Trausact. 1861 pag. 735	194
		43 0	53,2	Satis clara, subgrandis, compactior in medio; diametrus = 40″. * 11 magn. praec. 4s,2 distans 45″ septentrionem versus	71
		43 4	52,9	Parva, modarata lucida, propemodum rotunda; 30″. * 12 ord. praec. 3s,4 45″ distans ad boream. Haeret haec nebula menifesto immota in Coelo: fixae mentio fit ad annum 1830 situ eodem	67
III. 217	2184	22 43 6	+ 10 58,0	Non temera secundae classis. Sobgrandis, valde eluta, rotunda; diametros = 35″. * 13 hon. seq. 11s,6 . . . 65″ ad boream	71
		43 9	58,4	Debilis, minota, cirenlaris; in ceutro nonnibil deosior. Clarior atqna amplior nebula b. 2183 praevia ferme 7s	194
		43 10	57,9	Subobscura, pusilla, circularis; verificata par amplificationem 231. — Hujus nobulae viciniam diligentius aliquantisper circumspiciens, complures alias nebulas obscurissimi luminis videra mibi videor. cepi tantum quatnor. Postbac in obss. Rossiaois inveni numero quinque	67
. . .	. . .	22 43 21	+ 10 54,2	Minutissima, pallidissima, visum fare fugiens; rotnnda. 2 fixae 11 magn. sequuntur ad anstrum a nebula 3½′ elongatae . .	71
		43 22	54,7	Parva, subobscura, longula. Indicatur aliqualiter duabus fixis 10 magn. ad nostrum proxime subsequentibus. Signatur baec apud Rossium lit. δ, nt recte monuit Harschelius II in nota ad C. G. 4848	194
		43 22	54,4	Obscurissima sed certa ac tuta; res admodum delicata. De caetero per intervalla melius elucescit. 2 fixae 11 magn. comitantur nebulam ad austrum in 3′ distantia	67
II. 443	2185	22 43 26	− 2 17,6	Subclara licet perparva. Medium versus paullatim clarior. * 12 magn. in eadem circiter AR, 58″ ad boream (Sen. Harschelio 90″, Jun. 60″ idque aperte melius)	199
		43 28	16,7	Notabilis, majuscula, circularis; diametrus 50″ .. 55″. Ejus nucleus prorsus stellaris = * 12. 13 magn. * 12 ord. praec. 1s 70″ ad septentr. — Minutum temporis in MS. 44, quod mutavi	309
II. 453	2187	22 44 26	− 6 18,1	Grandiuscula, subopaca, ovalis; tertiae classis tantum, non tamen „extremely faint“. Nuclei expers; omnino ad instar debilis et longinqui cometae	309
		44 27	17,9	Macula sublucida, majuscula (50″); paene rotunda; condensatio in meditullio nulla. * 12 magn. ad bor. praecedens in remotione 3′ 45″	365
. . .	2189	22 45 16	+ 0 20,7	Majuscula, tenuis; luce satis aequabili. Ovalis forte, sed irregulariter. Per amplificationem 231 non distincte dissolvitur. — Nebula de caetero non animadversa in zonis Bondianis 20 et 21	199

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
		22h 45m 17s	+ 0° 21',2	Debili luce micans, licet non usque adeo minuta. Longula; circa meditullium crassior nonnihil. — Quae circa esse dicuntur, Rossianae nebulae (Catal. Gener. ad num. 4854—4856), nobis instanter quaerentibus plane inconspicabiles . .	309
		45 19	21,3	Longula, debilis — perquam inapta visa, inopportunâ nocte ac Lunâ nocente	317
. . .	. . .	22 49 6	+ 3 11,1	Struviana neb: ovalis-oblonga, perpallida; 20" .. 30". Satis nitide et distincte visa, nucleo aut nullo aut certo perpusillo. — Omnia in situ humili	364
		49 9	11,1	Inventa a Cl^{mo} Struvio II m. Decbr. a. 1865 (Mélanges mathém. et astronom. vol. III, p. 692). — Classis tertiae. pallida, subrotunda cum nucleo = ✻ 16 vel 17 magn. Habet in diam. 20" .. 25"; aequalis ferme, quoad lucem, neb h. 2206, quâ aperta non egregior ad tempus. aliter sensit Ill. neb^{ae} inventor. — Luna exoriens	363
. . .	. . .	22 50 27	+ 8 3,2	Minutissima ac pallidissima, conspectu difficillima. Amplificatio 231. Exstat inter 2 stellas duplices, propius ab australiore	194
		50 30	3,1	Perpallida et admodum minuta; comprobata amplificatione 231. — Haec obtutu perquam difficilis: similium nebb aliquammultae adhuc in ea plaga inobservatae remanent. in duas vicinas incidit nuper Struvius II, qui videndus l. supra l. .	364
III. 465	2191	22 51 4	+ 12 23,3	Debilis et minuta, aliqualiter rotunda. ✻ duplex seq. 8s,8 (haud 5s ut apud Juniorem Herschelium invenitur) 42" ad austrum	66
		51 4	23,7	Minutissima et valde obscura. Non prorsus rotunda. ✻ duplex praec. 7s,4 ... 7s,8 1/2' ad austr. — AR deinceps mutata, observata nempe 50 min.	210
. . .	. . .	22 51 16	+ 25 24,1	Subrotunda, peropaca, minutissima. Comes est neb h. 2195, visa quondam Rossianis = C. G. 4872. Tertia vero nobis ad hanc diem prorsus inconspicua	301
		51 16	24,4	Satelles neb^{ae} III. 243, ad austr. praecedens. Longula, perpallida — ex stellulis consistere videtur, quemadmodum parvicina III. 243. Praeter principalem viderunt Rossiani duas alias nebb, locis ignotis, quarum tamen altera mihi hucusque inconspicabilis mansit	311
III. 243	2195	22 51 15	+ 25 24,3	Ejusdem noctis iterata observatio. — Irregularis. per amplif. 231 distincte et acute dissoluta. Stellulae sunt ordinum 18, 19 ... ✻ 17 magn. praec. 4s,5 pauxillum quid borealior; comitum nulla in obtutum prodiit	200
		51 15	24,3	Exigua, pallida, longiuscula; in medietate paullo luminosior. Plures fixae in vicinitate. In neb punctilla quaedam interlucentia, perinde ac si aut in totum, aut plurimum sit solubilis. ita etiam inventori visum est 82 ante nos annis. — Rossianae nebb C. G. 4872, 4873 hodie non reperibiles . .	365
		51 15	24,6	Ineptius conspecta per nubes ac vapores; nihilo secius tute et satis distincte. Loci observatio fida. Herschelii II positio cum mea nihil dissentit; AR obs. a. 1784 12s minor	200

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
		22h 51m 16s	+25° 24',2	Subobscura, longula. Est cumulus admodum coarctatus, cum intermixta nebula. * 16 magn. praec. 4s,6 quasi in parallelo	210
		51 17	24,4	Subopaca, longa 50" fere in parallelo. Classis tertiae. Solvitur, nisi quid me fallit. — Forsan composita ex duabus (res ita se habet. comes conspecta est paullo post eâdem nocte)	301
		51 18	24,7	A forma rotunda non multum aliena. Subclara, in centro contra multo lucidior; solutio vix ambigua. Duplex: comes praec. 3s,5 25" ad meridiem. de ea ordinatius supra . . .	311
		51 18	24,6	Neutiquam usque adeo pallida: tandem aliqoando visa duplex: comes praec. 3s, distans ad austrum 40" quam proxime; a fixis non facili negotio discernitur	301
. . .	. . .	22 52 33	+14 48,2	Valde obscura ac difficilis; subgrandis. * 13 magn. seq. 3s,8, 2' ad septentrionem. — Catal. Genor. 4875	66
		52 36	48,0	Rotunda ac satis notabilis. Exstat in recta 2 fixas 16 magn. connectente. * 14 magn. seq. paulinium ad boream. ⊿ARis 3s vel 4s	2
II. 451	2198	22 52 47	−13 34,4	Perpusilla quidem, sed haud usque adeo debilis; formâ oblongâ. Duarum paene parium australis praec. ⊿AR 0s,3 ⊿Decl. 97". In utraque conspicitur tenellus nucleolus	205
		52 49	33,6	Nobulae duplicis austr.-praec. (in MS. bor.-praec. haereo circa situm). Parva, longula, pallida. Altera seq. 0s,8 80" ad austrum. Ambae paene pares pallore ac magnitudine; utraque nucleum exhibet = * 15 magn.	190
II. 450	2197	22 52 47	−13 32,9	Nebae duplicis ad bor.-sequens. Comes aeque parva et languens. Differentia Ascensionalis inter ambas aut minima aut nulla; 1s non attingit. Juxta Rossianas mensurationes borealior ambarum pauxillulum praevia. Picturae apud Herschelium II et Rossium; figam 73 in Philos. Transact. 1833 minoris facio	205
		52 50	32,8	Subobscura, rotunda, (rectius: longula) modicae magnitudinis. Est comes septentrionalis (MS. habet austr.) nebulae duplicis; motus in bis nebulis aut nullus aut perexiguus. * 13 ordinis seq. 6s,2 ad austrum versus	190
II. 251	2199	22 53 8	+15 13,9	Longiuscula, luminosa; classis primae secundaeve. * 11 magn. seq. 10s8, 15" ad austrum (Schönfeldus semel ad boream, itemque ego aliquando Lipsiae. male intelligo) . . .	8
		53 9	13,9	Pulchra, elongata, gradatim densior centrum versus. * 11 magn. seq. 10s,2 aliquantulum australior, puta 10" . . 20"	2
		53 10	14,1	Oblonga, 80"; ipso nucleus disculus lucidus et subrotundus, diam. = 50". * 10 magn. sequitur 11s paullo australior. 1861 m. Septambr. 27	. . .
		53 10	14,3	Optime conspicabilis, ovalis, grandiuscula; longa 90". * 11. 12 magn. seq. 10s,2 circiter 10" ad austrum. Secundum Sen. Herschelium foret nebae declin. 10',4. caeterum ea res a pluribus astronomis observata recentur	194
II. 249	. . .	22 54 11	+15 38,1	Languens, rotunda. Efformat triangulum orthogonium cum 2 fixis 11 et 14 (melius 13) magn., quarum prior distat a	

Senioris Herschelii clas. et nom.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nos.
				nebula 42″, antecedens 3ˢ .. 4ˢ. Neb in constellatiuncula ad orientem spectat	8
		22ʰ 54ᵐ 11ˢ	+ 15° 39′,4	Clara et circulariter rotunda; circa medietatem longe densior. Secundae fere classis. ∗ 11 hon. praec. 3ˢ,8 55″ a nebula elongata; differentia decl. 22″. Eandem ∗ a. 1855 m. Sept. notabiliter lucidiorem existimabam, ut videre est in Catal. meo Minore. neb postheo etiam curata a Schönfeldo ac Schultzio Upsalae	194
		54 13	38,5	Rotunda; densatur centrum versus, visu caeteroquin facilis. ∗ 11 magn. praec. 3ˢ,25 ad boream. ∗ 12 hon. vicina, borealior. Diametrus = 30″. 1861 m. Septembr. 27 . .	. . .
		54 14	38,6	Parva ac modica, circularis; gradatim longe clarior centrum versus. ∗ 11 ord. praec. 3ˢ,9 nonnihil (20″) septentrionalior. — Cum loco nostro ad amussim convenit prisca observatio. Catal. Gener. statuit ARᵉᵐ tantum 54ᵐ 6ˢ	66
II. 212	2201	22 54 19	+ 29 24,0	Minutula, clariuscula, oblongula irregulariter. gradatim paullo lucidior versus medium. ∗ 11. 12 magn. seq. 12ˢ,3 proxime in eadem declinatione (equidem a. 1855 in Cat. meo Min. notaveram magn. 9. 10, quod haud satis concilio)	362
		54 20	23,7	Subclara, modicae magnitudinis. Haud rotunda, ad formam triangularem potius appropinquans. Nucleum cerno. ∗ 11 magn. seq. 13ˢ,2 satis praecise in eodem parallelo	200
		54 22	24,1	Subclara, majuscula, formâ aliqualiter irregulari; densior versus medium, etsi genuino nucleo carens (male: habet enim nucleum paene stellarem). Efficit neb triangulum ferme orthogonium cum 2 fixis 12 magn. australioribus: altera praec. 3ˢ0, altera 0ˢ7. ambae memorantur ad an. 1784	364
		54 22	23,8	Longula ac subclara neb; 55″ aut 60″. Nucleus satis insignis. ∗ 11 magn. — profecto non 9. 10 — seq. 13ˢ,3 quasi 1/3′ ad austrum	365
II. 590	2200	22 54 26	+ 1 0,9	Parva, rotunda, debilis, facilis indagatu. Densitas augetur centrum versus. ∗ 17 hon. seq. 11ˢ,4 ad meridiem. Neb ejusdem prorsus habitus eodemque loco antea	69
		54 26	1,0	Perbene adspectabilis; parva, rotunda, tertiae classi melius adnumeranda. ∗ 17 hon. seq. 12ˢ, 1¾′ ad austrum	66
		54 29	1,1	Parva, pertenuis, pallidissima — Coelo vapido. Nebula in 3 classe tuties ponenda ∗ 18 magn. seq. 11ˢ,9 1′ circiter meridionalior	68
III. 210	2202	22 54 58	+ 15 14,5	Sublucida, oblonga, 18″. ∗ 10 magn. 9ˢ,2 praevia ad austrum. Nebula est triplex, antecessoribus meis e duabus saltem composita. Ambae comites subinde, suo quaeque loco, singulatim enumerantur. — h. 2202 et 2203 summâ curâ obs. annis 1861 et 1863 Manhemii atque Upsalae. Tempus interceptum e collatione prioris neb cum ∗ 10 magn. altero tubo 7ˢ,4 altero 7ˢ,9, quod nobis nunquam infra 9ˢ. Situs delineationem juxta pono . . . . 	194

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
		h m s	° '		
		22 55 0	+ 15 14,1	Exigua, satis lucida cum nucleo. * 9 magn. praec. 9ˢ,2 in parallelo circiter. Duae nebulae vicinae ΔAR = 9ˢ. 1861 Septembr. 25	. . .
		55 0	• 14,1	Nebula duplex; haec parva ac rotunda; densatur sensim. * 9. 10 hon. praec. 9ˢ,2 ad austrum, interjecto 3' intervallo	8
		55 0	14,1	Parbeae visibilis, rotunda, nucleo carens. * 9 ord. praec. 9ˢ,7 nonnihil ad austrum. Fortasse non eadem * est, quâcum neb^am contulerunt Schönfeldus et deinde pari successu Schultzius	2
. . .	. . .	22 55 0	+ 15 14,2	Perparva, longiuscula, perobscura. Comes est australis nebulae h. 2202 proxime antecedentis: ΔAR 1ˢ,6; angulus posit. 115°. Nova haec sequitur scilicet ad austrum, sita inter nebulas III. 210 et 211. — Omnia confirmata fortioribus amplificationibus	194
III. 211	2203	22 55 6	+ 15 12,9	Sequens duarum consimilium in campo. Parva ac debilis. * 9. 10 ord. praec 18ˢ,2 35" ad austrum. Nebula nucleo praedita stellato, magn. 12. Inter hanc et III. 210 in AR 9ˢ .. 10ˢ, in declin. 50" .. 55"	8
		55 8	13,0	Altera duarum, minor et lucidior (Herschelius I vocavit ambas aeque debiles). * 9 magn. praec. 18ˢ australior. 1861 m. Septembr. 25	. . .
		55 9	13,6	Triplex. Rotunda, perpusilla, sublucida; non dissimilis fixae magn. 12. 13. diametrus 10" .. 12". Anne planetaris? h. 2202 prope est: ΔAR = 10ˢ,5 ΔDecl. = 53". Eadem relatio a. 1828 10ˢ0 et 37"; a. 1784 ambae junctim recensentur	194
III. 202	. . .	22 56 4	+ 15 52,0	Obscura et minuta, indubia tamen et immerito „extremely faint" signata. * 16 ord. praec. 11ˢ,5 atque exstat pauca sec. borealior	8
		56 4	51,6	Perpallida, minima; indubia tamen. Per amplificationem 231 oritur suspicio dissolubilitatis. — Hoc probe notandum est, Herschelium I anno 1784 invenisse hujus nebulae AR^am 39ˢ a nostra diversam, et quidem eâ majorem. In nostra nihil erroris; ad eandem etiam Catal. Gener. propius accedit	194
		56 4	52,0	Minutissima, difficilior. * 9 magn. 9ˢ ad austrum adsita. 1861 m. Septembr. 27	. . .
III. 230	2204	22 56 13	+ 8 7,5	* 12 ord., cui pertenuis nimbus circumjectus. Infra secundae classis nebb in genere. Declinatio mutata + 5'. * 9 magn. Besselliana W. 1182 seq. 13ˢ,4 5' ad boream	365
		56 13	8,3	* 13 magn. nebulosa — non dissimilis fixae, visae per tenuiores vapores. Facile at primo intuitu dignoscitur inter circumsitas stellulas luce sua tranquilla et quasi opaciore. ea contra Jun. Herschelius: „at first seems a star". — Ab AR a. 1784 aufer 10ˢ. recte, et sic exhibet Catal. Gener. (adj. 1867)	364

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
		h m s	° ′		
		22 56 14	+ 8 7,9	Fixa 13 megn. tenni nebulositeti involnta. Res cacterum visu facilis, in secundam, seu forte rectius quartam classem adeciscende	194
. . .	. . .	22 57 37	+ 2 22,2	In centro = ∗ 15 magn.; ipsa neb, ab Othone Struvio nuperrime detecta, minuta et pallide. Apud marginem borealem conspicor stellulam ord. 17. Cfr. Mélanges matb. et astron. vol. III, peg. 642. Ibi min. ARae 56, Ideo noster numerus, licet recognitus, non indubius. neque etiam declin. omnino eedem. Num duo forsan corpora sunt?	364
I. 55	2205	22 57 58	+ 11 34,2	Magna, luminosa, valde elongeta. ∗ 15. 16 bon. precedit 1ˢ .. 2ˢ, distens a nucleo 33″	8
		57 58	34,4	Clarinscula, longa 130″; lucidior circa medium. Austrum versus praec. ∗ 16 megn., a neb centro nonnisi 42″ remota. haec in secundo schemate Rossieno (P. T. 1861) sign. γ . .	289
		57 58	35,1	Subclara, majuscula, elongata. extensa 120″ .. 130″ (Herschelio I immo etiam 240″, quod tamen nimium esse arbitror). ∗ 13 ord. 77″ ad septentr. Alia praeterea ∗ 16 hon. nebae centro adhuc vicinior, ad meridiem praevia. Repetito in eadem zone	364
		57 59	35,1	 Grendinscula, edmodum oblonga, irregulariter terminata; circa meditullium paullo erassior. tota longitudo ad summum 150″. Plurium fixarum satellitio stipatur. — Res depicte, mirum quam diverse, in Philos. Transact. ann. 1833, 1850, 1861; observate apposite, tempore recentiore, a pluribus astronomis. Ego etiam iconem subjungo cum tribus fixis: m. 13 = α apud Rossium, m. 11 = β, m. 16 = γ, quantum ego intelligo	364
		58 0	34,3	Valde elongata, satis lucida, baud primae classi adnumerenda ∗ 13 megn. paullo borealior in circulo decl.; ∗ 16 megn transit ante nucleum. 1861 m. Septembr. 1	. . .
		58 0	34,0	Notebilis, elongeta, multo clarior ac densior centrum versus. Axis major = 150″. 1861 m. Septembr. 27	. . .
		58 0	34,1	Coelo nitidissimo probe observata. Appendix nebulosa, quam huic nebulae tribuit Comes Rossius (Philos. Transact. 1850), meo telescopio cerni prorsus non potest. 1861 m. Octobr. 9	. . .
		58 0	35,4	Setis illustris, valde elongata, longe clarior ac densior medium versus. Adductus sum ut credam, hanc nebulam non perpetuo eundem servare splendorem; adeo multis ac diversis modis noctibus diversis apparet	2
. . .	2206	22 58 43	+ 2 47,7	Pallida ac valde minute; subrotunda cum nucleolo. ARem correxi — 10ˢ	363

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nos.
		22ʰ 58ᵐ 45ˢ	+ 2° 48′,0	Satis conspicua; elliptica, licet minuta. Secundae classis, 20″ longa, lata fere 14″; exhibet nucleolum. — Visa per vapores	194
		58 45	47,8	Minutissima, debilissima, stellaris; oblongula. Paullo aliter haec se habuit (aut saltem habuisse videtur) anno superiore. In positionibus summus consensus	307
III. 203	2209	23 2 9	+ 17 26,0	Male et incuriosius visa, aëre jamjam spissiore. Loco vero non plane diffido	210
		2 10	25,7	Perpallida, grandis, oblonga. 160″ .. 170″ longa, 30″ lata. Haec non percipitur nisi Coelo omnino clarissimo. — Senioris Herschelii AR 9ˢ vel 10ˢ major; Herschelio II mecum faciente. · Rossianam * in cuspide praevia non notavi	205
III. 184	2210	23 4 31	— 2 55,1	Subclara, pusilla, paene rotunda; secundae classis satis aperte. Ejus nucleus = * 14 magn. * 9. 10 magn. seq. 24ˢ,0 44″ borealior. — Juxta duas Herschelii I observationes haec nebula olim obscurissima (extremely faint) lucebat; recte ergo monuit Jun. Herschelius „not very faint“ . .	199
. . . .	2212	23 4 48	+ 12 11,6	Opacissima, minutissima, in medio quasi stellaris (ut attente jam adnotavit Herschelius II)	215
		4 50	11,4	Pusilla quidem, sed non usque adeo tenera. * 11. 12 magn. praec. 6ˢ,8 ad sept. distans 2′	289
III. 220	2214	23 5 49	+ 11 55,3	Subgrandis, rotunda, in medio multo compactior. Diametrus 50″ .. 60″. * 17 magn. praec. 6ˢ,8. * duplex 7½′ ad austr. — Equidem neb^{am} semper majusculam conspexi, quemadmodum etiam Herschelii antea. Itaque infelicius „considerably small“ in Catal. Gener.	215
		5 49	55,9	Satis conspicua, rotunda; circa medium densior. * 14 magn. praec. 6ˢ,2 ad meridiem in angul. posit. = 217° ±. Neb diam. 48″ .. 53″	190
		5 49	55,6	Grandiuscula, rotunda, debilis; 45″. * duplex 7½′ ad austr. — Beneficio amplificationis 231: irregularis cum incertis dissolubilitatis indiciis. — Neque h. 2221 neque reliquae inventae („two or three more nebulae suspected in the neighbourhood“). Quae quidem Herscheliana observatio mihi non sine causa aliquantum suspecta	208
		5 50	55,5	Secundae fere classis, circularis; adspectum praebet prorsus cometarem. Fit paullo clarior in meditullium. sitne solubilis, necne, quaeritur. Addit quidem Catal. Gener. „resolvable“, quod tamen in ipsis obss. non occurrit	289
		5 50	56,2	Nec parva nec debilis. Forma ovalis; solutu certe non adeo facilis, classis secundae. * 16 magn. praevia 6ˢ,6. — Suspiciosae nebulae h. 2221 nullum omnino vestigium repertum habeo. Ejusdem observatiunculam apud Rossium non ignoro; res nihilominus injudicata remanet propter defectum loci	364
		5 51	55,4	Subgrandis, forma rotunda, diluta ac debilis. Efformat triangulum . . . cum 2 fixis 15 magn.	2

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
II. 429	2215	23ʰ 7ᵐ 29ˢ	+ 3° 45′,0	Inique et obscure visa ob nubes et vapores. Duplex: ΔAR = 8ˢ ΔDecl 127″ (lubrica et incerta observatio)	201
		7 30	44,5	Nebᵃᵉ duplicis austr.-praec. Pallida, perpusilla, subrotunda. Inter hanc et comitem 8ˢ,4; supposità distentià = 178″, jam prodit differentia declinationum 126″. Exinde angul. posit. 44° 56′. idem apud Roesium pro anno 1850 43° cum elongatione 172″. Motus relativi vix ulla suspicio, quamvis non ignarus sim notulae Herschelianae ad a. 1785 „in the parallel"; etenim apud Jun. Herschelium idem angulus 48° pro epocha 1830	365
		7 32	43,8	Debilis ac tenuis, minuta, circularis. Alia eaque amplior atque egregior, seq. 7ˢ,3 (verius erit 8ˢ) 135″ ad boream.	68
		7 32	44,1	Longiuscula; haud adeo tenuis. Alia nebula sub oculis: ΔAR = 8ˢ,3 ΔDecl. 130″, socia scilicet ad boream consequens	69
		7 33	44,8	Longula, minuta, admodum tenera; nonnisi tertiae classis (assentiente Schultzio, cui aliquando etiam inconspicabilis grandi tubo Upsaliensi). Ambarum austr.-praeced., minor ac debilior; altera 9ˢ,3 serior	307
II. 706	. . .	23 7 37	+ 60 45,0	Subgrandis nebula ac propemodum rotunda; 60″. Sciolare, secundae classi merito adscribenda. Proxime subsequitur ∗ duplex (12 m. = 12 m. dist. 33″; ΔAR 2ˢ,7 seq. bor.), quarum altera nebulae adhaerere videtur, alteram vero manifesto a neb liberam esse patem. ejusdem fixae mentio fit a. 1787. — Herschelio I hæc res quondam duplo major apparuit	129
. . .	2217	23 7 38	+ 22 55,5	Perpusilla, sublucida — an non dissolubilis? Diam. 10″ cum nucleo = ∗ 16 magn. ∗ 17. 18 magn. praec. 8ˢ,7 paxillum quid ad boream. (Neb non inventa est nocte 365). Herschelianus locus plene confirmatus	301
II. 430	2216	23 7 37	+ 3 47,0	Grandis, oblonga. Subobscure visa per spissos vapores. ∗ 13 magn seq. 8ˢ,5 in eodem proxime parallelo. Nebula est duplex; comite ad austr. praecedente cum differentia ARᵉᵉ = 8ˢ. Principi operam navavit solus Schönfeldus, pallidiore comite inconspicuâ tubo 73 lin aperturae	201
		7 39	45,9	Elliptica et quidem notabiliter; 2′ longa, lata 40″. Debilis quidem, sed aliquanto luminosior quam neb b. 2215. — Coelum non omnino nitidum	68
		7 39	46,7	Longa 80″ cum axe majore in angul. posit. 98° quam proxime. Sabulosa — num solubilis? ∗ 12. 13 magn. seq. 9ˢ,8 meridionalior 8″. Inter neb principem ac pusillum comitem ad meridiem praeviam, accepi 8ˢ,4 cum distantia mutua 2′ 58″. inde fluit ΔDecl. = 126″	365
		7 40	46,5	Elliptica et satis valide luce; in stellulas facili negotio dissolvitur. 2½′ longa. ∗ 12 magn. seq. 8ˢ,9 nonnihil australior	69
		7 41	46,6	Perlonga, subpallida, 100″ aut 115″; clarior nonnihil in medio. Ambarum bor.-seq. ΔAR = 9ˢ,3 ΔDecl. = 1′55″. Super situ relativo dictum ad b. 2215	307

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox
. . . .	2218	$23^h\ 8^m\ 7^s$	$+18^\circ\ 13',4$	Rotunda, pallida, debili cum nucleo. Quae hanc seq. $12^s,8$ ambarum superior; insoper his tertia in eodem campo ad septentr. versus	365
		8 8	13,3	Nebulae duplicis bor.-praec. Pertenuis ac pusilla. Erat Coelum non satis sudum. Altera seq. $12^s,7$ 48" ad austrum. Hoc nebularum par nullum motus mutui iudicium praebuit hucusque	194
		8 8	13,0	Nebulae duplicis bor.-praec. Altera nonnihil egregior; utraque minuta, nucleo munita. ΔAR = $12^s,3$ ΔDecl. = 52". — Tertia neb ad manum est	205
		8 9	1 ,9	Tres triangulum facientes: haec tenuissima, languidissima. Minuta est ac subrotunda, munita nucleo. * 15 magn. seq. $4^s,2$ ad meridiem. — Mirum sane est, quod haec neb non distincte in conspectum prodiit tubo Upsaliensi aperturae 9 poll. quum h. 2219 observaretur (Actor. Astron. num. 1541 pag. 78)	197
		8 10	13,4	Parva ac valda pallida. Borealis praecedens nebulae e tribus compositae. Videas h. 2219	196
. . .	. . .	23 8 20	+ 24 31,0	Exilis, debilissima, sed certo nebulosa. * 17 magn. praec. 11^s in parallelo. 1861 m. Septembr. 30	. . .
		8 20	31,0	Denuo inspecta: minuta quidem, sed immota consistens ac satis conspicua. * 17 magn. praec. 21^s, * 16 magn. praec. $11^s,5$, utraque in parallelo nebulae. 1861 Octobr. 2 . . .	. . .
III. 181	2219	23 8 20	+ 18 12,5	Posterior ac lucidior nebulae duplicis. ΔAR = $12^s,7$ ΔDecl. = 48". Haec pallida, rotunda. * 15 magn. praec. $8^s,7$ proxime in eodem parallelo. — Neb III. 181 non in conspectum venit; quam ob causam adductus sum ut credam, eam ab hac nostra non esse alienam. Herschelii 1 AR + 37^s Decl. + 2',6	194
		8 20	12,2	Neb^{ae} duplicis austr.-seq. Secundae classis, pusilla. Perparvus nucleolus in centro amicat. Comes praec. $12^s,3$; tertia in medio est. — Haec autem „nova" Herschelio II, addicente Auverslo; nunc in Catal. Gener. tacite = III, 181. idque verum puto	205
		8 21	12,4	Trium lucidissima; visa tamen inconvenienter ac satis obscure, tenebris vixdum obortis. Diametrus 30" fere. Alia nebula $12^s,5$ antecedit, ½' ad bor. * 15 magn. $8^s,3$ praevia. — H. III. 181 prisco loco desideravi	197
		8 21	13,0	De tribus quatuorve in eodem campo haec lucidissima. Circularis — conspicua neb classis secundae Diam. 35" .. 38"; in centro longe clarior. h. 2218 praec. $12^s,8$; inter ambas ad austrum vergens * 14 hon.	365
		8 21	12,7	Nebulae triplicis princeps, — procul dubio H. III. 181. Haec non ita valde luminosa, rotunda, modicae magnitudinis. Alia nebula, minor ac pallidior antait: ΔAR = $12^s,1$ ΔDecl. 39" borealior. Tertia in eadem proxime AR . . .	196
. . .	. . .	23 8 18	+ 18 17,0	Pallida (in crepusculo vespertino), rotunda, haud ita parva. * 11 magn. praec. $6^s,1$ 30" ad septentr. — Nebula trium	

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nos.
				inter se vicinarum borealissima, antecessoribus nostris non visa	197
		23h 8m 21s	+ 18° 17′,4	Non usque adeo pallida; trium borealissima, nunc primum recognita. Adspectum praebet cometarem. * 11 hon. praec. 6^s 35″ ad septentr. Neb h. 2219 exstat in eodem horario, haeretque 5′ australior	196
		8 22	17,1	Bene observabilis, rotunda; medium versus nonnihil clarior fit. * 10. 11 praec. 6^s,6. Neb^{ae} diametrus capit 25″ vel 30″ ad summum	205
		8 22	17,0	Longula, subopaca; nucleum video. — Rossius anno 1850 ad h. 2218, 2219: „four nebulae in the field"; ubinam sitae sint reticuit. Equidem observavi tres, quartam hucusque nullo modo percipere potui. * 10. 11 magn. praec. hanc 5^s,6 in eadem ferme declinatione	365
II. 235	2220	23 8 33	— 3 8,3	Satis tenuis et modica; longula. * 11 magn. seq. 11^s,1 10″, at certa non ultra ad boream. — Fixa est composita duabus, magn. 11 et 14. sequente comite ad sept.	199
		8 36	8,7	Debilis, leviter ovalis, modicae magnitudinis. Nucleus non magnopere insignis. * duplex (10. 11 et 13 magn.) seq. 10^s,8 in parallelo praeter propter	208
. . .	. . .	23 8 35	+ 5 56,9	Obscurissima — visa tamen sine ulla dubitatione. Neb H. II. 467 17^s,9 post (24^s juxta Catalogum Gener.). Haec est „nova" Rossiana inventa a. 1852 apud h. 2224	365
		8 36	57,4	Pallidissima, minutissima — confirmata ad amplificationem 231. Satelles est Rossiana egregiae nebulae h. 2224, quae 18^s,3 post et quasi 1½′ ad austrum consita	294
III. 221	2222	23 8 45	+ 12 32,0	Majuscula ac valde obscura; aluta circa marginem. Nulla * in tota vicinitate. Haec duarum invicem proximarum bor.-praec. interjecta sunt 8^s vel 9^s; anno 1784 solum 3^s. apud Herschelium II 7^s,6	8
		8 47	32,0	Tenuissima, grandiuscula; nucleo = * 15. 16 ord. Alia in propinquo 6′ australior cum differentia AR^{ae} = 8^s,4. Nulla * in vicinia	2
		8 47	32,0	Subclara, circularis cum nucleo stellari = * 16 magn. Alia neb seq. 9^s,4 .. 5,6 ad austrum (differentia ascensionalis suspecta)	215
		8 48	33,0	Duarum nebularum major praecedens; obscurior, aliquantum rotunda. 1861 m. Septbr. 1	. . .
		8 48	32,2	Diffuso lumine pallide micans. Duarum borealior eaque obtutu difficilior. Altera distat 6′ circiter; differentia AR^{ae} 8^s. — Exhibet Catal. Gener. „bM * 6"; legendum scil. 16. Nihilo magis consilio signaturam „considerably small" Jun. Herschelii meisque propriis observationibus	289
III. 222	2223	23 8 49	+ 12 26,5	Parva, rotunda, debilis, nucleata. * 11 magn. seq. 8^s,9 nonnihil ad austrum	8
		8 52	27,0	Tertiae classis nebula, satis conspicua. * 11 magn. seq. 147″ distans, paullulum ad austrum. Per amplificationem 356 in-	

Senioris Herschelii clas. et num.	Junioris Herschelii observat. nebular.	Asc. Rect. media 1861.	Declinatio media 1861.	Nebulosarum facies et indoles.	Nox.
				dissolubilis. Suspecta est haec Herschelio II lucis variationis (v. notam ad C. G. 4922). Incertum est adhuc hodie	2
		$23^h\ 8^m\ 52^s$	$+12^\circ\ 26',3$	Satis lucida, parva. * 10. 11 magn. sequitur $9^s,7$ paullo australior. 1861 m. Septembr. 1	. . .
		8 53	26,1	Nulla descriptio; secundae fere classis	215
		8 54	26,4	Classis secundae, etiamsi minuta et pallidulae lucis. Habet nucleolum = * 15 magn. * 11. 12 ord. seq. $8^s,8$ 1/2' ad austr. Neb nec „pretty bright" nec „extremely faint" signanda. hoc saltem planum est	289
II. 467	2224	23 8 53	+ 5 55,8	Clara, circulariter rotunda; gradatim longe lucidior versus meditullium. Diametrus non supra 20". Mecum plane facit Jun. Herschelius, cui ea neb rotunda, diam. 15"; certo contra ac vidit Schönfeldus a. 1861. * 14. 15 ord. seq. $7^s,8$ circiter in eadem declinatione	365
		8 54	55,9	Lucida, rotunda; est gemena neb cum nucleo = * 13. 14 ord. * 14 magn. seq. $7^s,1$ 8" ad septentr. Habet neb comitem ad boream praeviam ΔAR = $18^s,3$	294
		8 56	55,9	Parum lucida, minuta, circularis; in parte media multo densior. Ejus nucleus = * 14 magn. — * 16 magn. seq. $7^s,3$ 6" ad septentrionem	69
		8 57	56,0	Satis clare conspicitur; minuta, perfecte circularis; ejus diam. = 18". Nucleus fixam aemulatur. * 15 magn. subindo sequitur rigorose in nebulae parallelo; ΔAR = $7^s,7$. — Videor mihi videre aliam quandam nebulam, perexiguam ac proxime evanescentem, exstantem in vicinia. Antecedit comes nebulam principem per $20^s,3$. (Rectissime; hanc esse e numero Rossianarum nebb, postea comperi)	68
III. 238	. . .	23 9 46	+ 12 43,5	Tenuissima, tuto tamen visa. * 19 magn. praevia. (Satis mibi probabile videtur, AR^{am} esse erroneam. numeri tamen revisi)	289
		9 48	43,6	Debilissima, tenuissima, perparva. Amplificatio 231: annon longula sit, dubium. — Haec nebula nisi praestantissimis tubis observari nequit; itaque plane recte „extremely faint, extremely small" apud primum inventorem	197
		9 50	43,3	Rotunda, debilissima; difficilis visu. Optime mecum quoad locum concordat Herschelius 1	2
. . .	. . .	23 10 2	+ 23 14,1	Subobscura, forma ovali; 35". Solvitur, et quidem satis aperte et distincte	365
